





0cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 1













Frances Imperatorum

De mortificat.

Huttich (Johann)





De mortuific.

Huttich (Johann)



4698 bis



*Expo 7768*  
 IMPERA

TORVM ROMANORVM

LIBELLVS.

Vnà cum imaginibus,

ad uiuam effigiem


expresſis.

*F. III No 4098 bis*



Cum Priuilegio

Cæsareo







Iureconsulto & Equiti Germano; D. OTHONI à PACK

Illustriss. Ducis Saxonie GEORGII à consilijs;

Domino & patrono suo, IOAN=

NES HVTTICHIVS

S. D.

**T**anta nunc est morum & temporum corruptela;  
Otho clarissime, ut consultus agere quis non possit  
q̃ ut hominum consuetudinem atq; congressus penitus ex  
horreat. Affulserat nobis adolescentibus spes quedam re  
uiuiscendarum meliorum literarum, ea nunc sic aufugit  
atq; collapsa est, ut nunq̃ minor extiterit. Fida & aperta  
olim pectora, nunc uel omnino muta uel sibi dissimilia red  
dita sunt. Ex improviso tanq̃ Dij aliquot suborti sunt,  
syncerioris Christianismi, uindices plusq̃ Herculei, sed ij  
ut totius orbis applausu excipiebantur, sic nunc huius tem=  
poris tristis tragœdiæ hystriones agere, a lenitate Euan=  
gelica, ad tumultuosum delapsi spiritum, cedibus & rapi  
nis omnia opplere queruntur, Quo fit, ut pro expugnato  
ribus Euangelij habeantur, qui propugnatores antea iudi  
cati sunt, hoc certe in confesso est quorundam indoctis ad  
plebem clamoribus factum, ut uulgus ( qui semper pesti=  
mus magister uitæ esse consuevit ) ad prædam & rapinã  
aûm intenderit. Suspiciebam etiã hoc in malo, principum  
prudentiam, sed hic quoq; falsus sum, segnius enim tran=  
quillitati prospectum est, & nimium progresso morbo  
pharmaco medela quæ sita, quo uis morbi nec est sedata,  
nec propulsa, sed omnino quod exitum intulerit, atq; uti  
nam hoc modo corpori saniori esset consultum, princi=  
pesq; pietatem & pacem sic tueantur, ne quis eos religio



nis & humanitatis hostes appellet, ijs inquam turbis &  
hac temporis nostri malignitate permotus, aulas, & quic  
quid est hominum strepitus ualere iussi, in quietius uite ge  
nus concedere nolens, atq; dum totus huc specto, maxime  
animum subiit hanc rerum humanarum tempestatem, nō  
commodius nisi principum & clementia & consilio pos  
se sedari, & quo id certius mihi persuadeam, Imperato=  
rum uitas uoluo atq; reuoluo, & quicquid est rerum gesta  
rum nobilius, nostrisq; principibus lectu dignius adnoto.  
Non tamen quod prophanos nostris conferendos putem,  
sed ut ante oculos ponam, etiam in ethnicis fuisse quædam  
uirtutis semina, digna ut à nostris & admirentur & asse  
quantur. Nec est quod obijcias quosdam portenta magis  
hominum fuisse quam principes, nam & uite illorū quo  
que profunt, dum exitu deterrentur pessimi, & optimus  
quisq; ad uirtutem honestumq; accenditur. Præterea no  
tabitur fortune mirum & ineffabile ludibrium, & quod  
nihil sit in rebus humanis quod perpetuo sibi ipsi constet.  
Nanq; dum prospicis omnium uitas paucissimos inuenies  
fuisse Quiritij sanguinis, at omnes ferè externos, quosdā  
etiam pudende originis, Dedit enim Pannonia Decium,  
Dacia Aurelium, Dardania Claudium, Dalmatia Pro  
bum & Diocletianum, Gallia Carum, Græcia suos habu  
it, Germaniaq; nostros ostendere potest, quos oēs aut añ  
ferre aut equare oib. possis. Horū itaq; uitas cū in libellū  
mihi redegißem, uenit librarius & extorsit è manibus, di  
cens se additurum Iconas uel imagines, quas in numisma  
tibus nostris uidit, eaq; diligentia ut ab artifice ad uiuam  
effigiem exprimerentur, placuit mihi hominis studium,  
cessi

cessi uotis & eo libentius, ut hystorie & uetustatis ama=  
tor habeat unde sese oblectet. Credo enim tibi adhuc non  
excidisse quanto ardore in agro Maguntino Philippus à  
Pack frater olim tuus germanus, optime spei iuuenis, &  
ego, uetera illa monumenta & numismata, conquisiueri=  
mus, & inuenta quanta admiratione tu exceperis? Quæ  
dum iterum recordor, tu unus animum subiisti Otho or=  
natissime, cui has nugas & hæc nostra negotiosa otia nun=  
cupem, qui ut antiqua & optima familia es progenitus,  
sic antiquitatē mire exoscularis, tum ut intelligas quā sim  
amicorū tenax, quē oli amicitie tuæ iure donaris, uelis no=  
lis, amicus tibi demoriatur. Porro Hēricus ab Eppēdorff  
nup̃ hic trāsiens, Iuuenis multis nominibus clarus, tibi nō  
ingratum fore dicebat, ut haberes interdum (cum aulicis  
uacaret molestijs) quibus delectareris, Quem etiā

tibi unice commēdo, ea enim mihi de eo spes  
est, ut minime posthabendum esse

ducam, Vale & me tibi dedis

simum persuadeas, cui

uxori & liberis

omnem pre=

cor felicitā

tem.

Argentine



# INDEX

NOMINVM IMPERATORVM ROMANORVM,  
Illustriumq; Foeminarum, ac Tyrannorum  
quorundam, de quibus in hoc libello agitur,  
per ordinem alphabeti digestus.

## A

- Aurelia mater C. Caesaris Dictatoris folio. 1. pagina. 2.  
Actia Iulia Octauij Augusti mater fo. 4. pag. 2.  
Agrippina M. Agrippæ filia, uxor Tiberij fo. 7. pa. 1.  
Agrippina M. Agrippæ & Iulie filia, Germanici uxor. 8  
Acmlia Lepida Augusti pnceps fo. 11. pa. 1. (pa. 2.  
Agrippina Germanici filia, Claudij Imp. uxor, fo. 12. pa. 1.  
Antonia Claudij Imp. ex Petina filia fo. 13. pa. 1.  
Agrippina Germanici & Iulie filia, mater Neronis, 14. 1.  
A. Vitellius Imperator folio 18. pagina prima  
A. Vitellius Petronianus, Vitellij Imp. filius fol. 19. pa. 1.  
Arricidia Tertulia T. Vesp. Imp. uxor folio 22. pa. 1.  
Antonius Pius Imperator folio 27. pag. 2  
Aurelius Fuluius, pater Antonini Pij folio 28. pa. 1.  
Aelius Verus Imperator folio 29. pag. 1.  
Arria Fatidilla mater Antonini Pij fo. 28. pag. 1.  
Antinous Hadriani Imperatoris puer folio 28. p. 2.  
Aelius Hadrianus Imperator folio 29. pagina 2.  
Aelius Hadrianus Affer cognominatus, Hadriani principis pater folio 30. pa. 1.  
Annius Verus, pater M. Antonini Imp. folio 32. p. 1.  
Aurelius Alexander Imperator folio 35. pag. 2.  
Acmtianus Maurus Imperator folio 4. pag. 2.

|                                       |                      |
|---------------------------------------|----------------------|
| Aurcolus tyrannus                     | folio. 44. pagina 1. |
| Aemilianus tyrannus                   | 45. 1.               |
| Attilia Hunnorum rex                  | 59. 1.               |
| Aurelius Quintillus frater Claudij    | 47. 1.               |
| Aurelius Valerius Probus Imperator    | 48. 2.               |
| Arcadius Imperator Orientis           | 59. 2.               |
| Albia Terentia, M. Othonis Imp. mater | 17. 2.               |
| Annius Verus, pater M. Antonini Imp.  | 32. 1.               |
| Anastasius Imperator                  | 61. 2.               |
| Aurclianus Imperator                  | 47. 2.               |
| Aurelius Antoninus Imperator          | 31. 1.               |
| Albertus Imperator                    | 83.                  |
| Albertus Austriæ Dux                  | 86                   |
| Anastasius secundus                   | 68                   |
| Artabasdus                            | 69.                  |
| Arnulphus                             | 75.                  |
| Adolphus                              | 83.                  |

# B

|                                             |        |
|---------------------------------------------|--------|
| Britannicus Claudij Imp. & Messaline filius | 12. 2. |
| Basianus Antoninus Caracallus Imp.          | 34. 2. |
| Basiliſcus tyrannus                         | 61. 1. |
| Balista tyrannus                            | 45. 1. |
| Berlingarius secundus                       | 75.    |
| Berlingarius tertius                        | 75.    |
| Bernhardus Pipini nepos                     | 72.    |

# C

|                                       |       |
|---------------------------------------|-------|
| Coffutia C. Cæsaris uxor              | 2. 1. |
| Cornelia Cinne filia, C. Cæsaris uxor | 2. 2. |
| Calphurnia, C. Cæsaris uxor           | 3. 1. |



|                                                              |          |    |
|--------------------------------------------------------------|----------|----|
| Clandia P. Clodij filia, Augusti sponsa folio. 4. pagina. 2. |          |    |
| Caius Caligula Caesar                                        | 8.       | 1. |
| Cesonia Caii Caesaris uxor                                   | 9.       | 2. |
| Claudius Caesar                                              | 10.      | 1. |
| Claudia Imperatoris Claudij filia                            | 13.      | 1. |
| Claudia Augusta, Neronis imperatoris filia                   | 15.      | 1. |
| Crispina Cōmodi Imperatoris uxor                             | 33.      | 2. |
| Clodius Albinus Tyrannus                                     | 34.      | 2. |
| Clodius Pupicinus maximus Imperator                          | 37       | 1. |
| Cyriades Tyrannus                                            | 42.      | 2. |
| Cassius Labienus Posthumus Tyrannus                          | 42.      | 2. |
| Celsus Tyrannus                                              | 46.      | 1. |
| Censorinus tyrannus                                          | 46,      | 1. |
| Constantius Chlorus Imperator,                               | 51,      | 1. |
| Constantinus Magnus Imperator                                | 52.      | 2. |
| Cōstantinus Magni Cōstantini filius ipator                   | 53.      | 2. |
| Crispus Caesar,                                              | 52.      | 2. |
| Constans Imperator                                           | 54.      | 2. |
| Constantius Imperator Orientis                               | 55,      | 1. |
| Carus Imperator                                              | 49.      | 1. |
| Carinus Caesar folio                                         | eodem 2. |    |
| Commodus Antoninus Imperator                                 | 33,      | 1. |
| Cosroës rex Persarum                                         | 65.      |    |
| Constantinus Iunior uel nouus,                               | 65.      |    |
| Constans qui ē Constantinus tertius                          | 66.      |    |
| Constantinus Quartus,                                        | 66,      |    |
| Constantinus Quintus,                                        | 69.      |    |
| Constantinus Sextus,                                         | 70.      |    |
| Carolus Magnus                                               | 71,      |    |

|                   |            |
|-------------------|------------|
| Carolus caluus    | folio, 73, |
| Carolus crassus   | 74.        |
| Conradus Francus  | 78,        |
| Conradus Secundus | 80,        |
| Carolus Quartus   | 84,        |
| Carolus Quintus,  | 88.        |

D.

|                                                     |             |    |
|-----------------------------------------------------|-------------|----|
| Drusus Tiberij Imperatoris filius,                  | 7.          | 1. |
| Drusus Germanicus Tiberij frater,                   | 20. pagina, | 2. |
| Drusus Pompeius Claudij Imper, filius               | 22,         | 2. |
| Didius Iulianus Imperator                           | 34.         | 2. |
| Decius Caelius Balbinus Imperator                   | 37.         | 2. |
| Decius Imperator, sic M, Q, Traianus Decius Impera- |             |    |
| tor,                                                | 39,         | 2. |
| Diocletianus Imperator,                             | 50,         | 1, |
| Dalmatius Cæsar,                                    | 54.         | 2, |
| Decentius Cæsar, Magnentij frater,                  | 55.         | 2, |
| Domicilla Vespasiani Imperatoris filia              | 21,         | 1, |
| Domitianus Imperator                                | 23.         | 1. |
| Domitia Longina, uxor Domitiani,                    | 23.         | 1. |
| Domitia Paulina Hadriani Imp. mater,                | 30.         | 1. |
| Domitia Caluilla                                    | 32.         | 1. |
| Domitia uxor Valentis Cæsaris                       | 57.         | 1. |
| Diadumenus Antoninus Cæsar.                         | 34.         | 1. |

E.

|                   |     |    |
|-------------------|-----|----|
| Eugenius Tyrannus | 57. | 2. |
|-------------------|-----|----|

F.

|                                   |     |    |
|-----------------------------------|-----|----|
| Flauia Domicilla, uxor Vespasiani | 21, | 1. |
| Faustina Antonini Pij uxor        | 30. | 2, |



|                                           |           |           |
|-------------------------------------------|-----------|-----------|
| Faustina Ant. Pij filia, Marci uxor       | folio 32. | pagina 2. |
| Flaccus Claudius Imperator                | 46.       | 2.        |
| Florianus tyrannus                        | 48.       | 8.        |
| Fabia Orestilla, uxor Gordiani primi Imp. | 37.       | 1         |
| Fridericus Barbarossa                     | 81.       |           |
| Fridericus secundus                       | 82.       | 1         |
| Fridericus Austrie dux                    | 84.       |           |
| Fridericus tertius                        | 86.       |           |
| Ferdinandus Archidux Austrie              | ultimo    |           |

### G

|                                  |        |    |
|----------------------------------|--------|----|
| Germanicus C. Caesaris pater     | 8.     | 2. |
| Gn. Domitius Nero, pater Neronis | 14.    | 1. |
| Galba Imperator                  | 15.    | 2. |
| Galeria Fundana, uxor Vitellij   | 19.    | 2. |
| Gordianus senior Imperator       | 37.    | 1. |
| Gordianus iunior Imperator       | ibidem |    |
| Gordianus tertius Imperator      | 38.    | 1. |
| Gallienus Imperator              | 41.    | 2. |
| Galerius Maximinus Imperator     | 51.    | 1. |
| Gallus Caesar                    | 55.    | 1. |
| Gratianus Imperator,             | 57.    | 2. |

### H

|                                  |     |    |
|----------------------------------|-----|----|
| Hadrianus Imperator              | 29. | 2. |
| Heliogabalus Antoninus Imperator | 35. | 1. |
| Herodes tyrannus                 | 44. | 2. |
| Helena Constantini Magni mater   | 53. | 1. |
| Honorius Imperator               | 58. | 2. |
| Herennianus Tyrannus             | 45. | 2. |
| Heraclius                        | 65. |    |

|                                 |       |            |    |
|---------------------------------|-------|------------|----|
| Heraclonas                      | folio | 65.        |    |
| Henricus Claudius               |       | 77.        |    |
| Henricus Secundus               |       | 78.        |    |
| Henricus Tertius                |       | 79.        |    |
| Henricus Quartus                |       | 79.        |    |
| Henricus Quintus                |       | 81.        |    |
| Henricus Sextus                 |       | 84.        |    |
| Iulius Cæsar                    | I.    | 1. pagina. |    |
| Iulia C. Cæsaris filia          |       | 2.         | 3. |
| Iulia, soror C. Cæsaris         |       | 3.         | 2. |
| Iulia Augusti filia             |       | 5.         | 1. |
| Iulia, uxor Seueri Imperatoris  |       | 33.        | 2. |
| Ingenuus tyrannus               |       | 44.        | 1. |
| Iulianus Imperator              |       | 56.        | 1. |
| Iouinianus Imperator            |       | eadem      | 2. |
| Iustinus Imperator              |       | 62.        | 1. |
| Iustinianus senior Imperator    |       | eadem      | 2. |
| Iustinianus iunior Imperator    |       | 63.        | 1. |
| Iunia Claudilla C. Cæsaris uxor |       | 9.         | 1. |
| Iulia Titi Imperatoris filia    |       | 22.        | 2. |
| Iustinianus Secundus            |       | 67.        |    |

L.

|                                         |     |    |
|-----------------------------------------|-----|----|
| L. Cæsar, C. Cæsaris Dictatoris pater   | 1.  | 2. |
| Liua Drusilla Augusti uxor              | 6.  | 1. |
| Liua Horestilla C. Cæsaris uxor         | 9.  | 1. |
| Liua Ocellina S. Galbæ Impatoris noueræ | 16. | 1. |
| L. Otho, Othonis Imp. pater             | 17. | 2. |
| L. Vitellius A. Vitellij Imp. pater     | 18. | 2. |
| Lollia Paulina C. Cæsaris uxor          | 9.  | 2. |



|                                           |         |         |
|-------------------------------------------|---------|---------|
| Linia Medullina Claudij Imperatoris uxor, | fb. 11. | pag. 1. |
| Lepida Galbe Imperatoris uxor             |         |         |
| Lollianus tyrannus                        | 53.     | 1.      |
| Licinius Licinianus Imperator             | 52.     | 1.      |
| Licinius iunior Cesar                     | 54.     | 2.      |
| Leo Imperator                             | 60.     | 2.      |
| Leon Cesar,                               | ibidem  |         |
| Leontia Phocæ Imperatoris uxor            | 64.     | 2.      |
| Leontius aut Leo secundus                 | 67      |         |
| Leo Ismarus                               | 69.     |         |
| Leo quartus                               | 69.     |         |
| Lotharius                                 | 72.     |         |
| Ludouicus secundus                        | 73.     |         |
| Ludouicus Balbus                          | 74.     |         |
| Lotharius                                 | 75.     |         |
| Lotharius secundus                        | 80.     |         |
| Ludouicus Baiarus                         | 84.     |         |
| Ludouicus Caroli magni filius             | 92.     |         |

# M

|                                               |        |    |
|-----------------------------------------------|--------|----|
| Martia Iulia Cesaris amice mater              | 2.     | 1. |
| M. Agrippa Augusti ex filia nepos             | 7.     | 2. |
| Martia Fulvia Titi Vesp. Imperatoris uxor     | 24.    | 1. |
| Mallia Scantilla, uxor Didij Iuliani Imperat. | 34.    | 2. |
| Mammea Alexandri Imperatoris mater            | 36.    | 1. |
| Macrinus Imperator                            | 34.    | 2. |
| Maximinus senior Imperator                    | 36.    | 2. |
| Maximinus iunior Cesar                        | ibidem |    |
| Marcus Imperator                              | 38.    | 2. |
| Martia uxor Seueri Imperatoris                | 33.    | 2. |

|                               |                     |    |
|-------------------------------|---------------------|----|
| Marinus tyrannus              | folia 39. pagina 1. |    |
| Marius siue Mamorius tyrannus | 43.                 | 2. |
| Macrianus tyrannus            | 44.                 | 1. |
| Macrianus huius filius        | ibidem              |    |
| Mœonius tyrannus              | 45.                 | 1. |
| Maximianus Herculiſ Imperator | 50.                 | 2. |
| Maximinus Cæſar               | 51.                 | 2. |
| Maxentius tyrannus            | codem               |    |
| Magnentius Imperator          | 55.                 | 2. |
| Maximus tyrannus              | 57.                 | 2. |
| Martianus Imperator           | 60.                 | 1. |
| Mauritius Imperator           | 64.                 | 2. |
| Mezentius tyrannus            | 66.                 |    |
| Michael                       | 71.                 |    |
| Maximilianus Imperator        | 87.                 |    |

N

|                                       |     |    |
|---------------------------------------|-----|----|
| Numia Achaia, Galbæ Imperatoris mater | 16. | 1. |
| Nero Imperator                        | 13. | 2. |
| Nerva Cocceius Imperator              | 24. | 1. |
| Numia Celfa, uxor Macrini Imperatoris | 34. | 2. |
| Numerianus Imperator                  | 49. | 2. |
| Nepotianus Cæſar                      | 54. | 2. |
| Nicephorus                            | 70. |    |

O

|                         |     |    |
|-------------------------|-----|----|
| Octavius Cæſar Auguſtus | 3.  | 2. |
| Octavius pater Auguſti  | 4.  | 1. |
| Octavia Neronis uxor    | 14. | 2. |
| Otho Imperator          | 17. | 1. |
| Odenatus tyrannus       | 44. | 2. |



|               |        |
|---------------|--------|
| Othomagnus    | fo. 76 |
| Otho secundus | 76     |
| Otho tertius  | 77     |
| Otho quartus  | 81     |

P

|                                     |               |
|-------------------------------------|---------------|
| Pompeia, Q. Pompeij filia           | 3. pagina. 1. |
| Plautia Herculanilla, uxor Claudij  | 11. 2.        |
| Popea Sabina, uxor Neronis          | 14. 2.        |
| Petronia, uxor Vitellij Imperatoris | 19. 1.        |
| Plotina uxor Traiani Imperatoris    | 27. 1.        |
| Philippus Imperator                 | 39. 1.        |
| Philippus huius filius Cæsar        | ibidem        |
| Posthumus tyrannus                  | 43. 1.        |
| Piso frugityrannus                  | 45. 1.        |
| Pertinax Imperator                  | 34. 1.        |
| Probus Imperator                    | 49. 2.        |
| Phocas Imperator                    | 64. 1.        |
| Philipicus Bardanes                 | 68.           |
| Philippus secundus                  | 82.           |
| Philippus rex Hispaniarum           | 88.           |

Q

|                                   |        |
|-----------------------------------|--------|
| Quietus filius Macriani tyrannus. | 44. 2. |
|-----------------------------------|--------|

R

|                      |        |
|----------------------|--------|
| Regillianus tyrannus | 44. 1. |
| Rudolphus Imperator  | 83.    |
| Rupertus Imperator   | 85.    |

S

|                                |         |
|--------------------------------|---------|
| Scribonia Octauij Augusti uxor | 96. 1.  |
| Stalia Meſſalina Neronis uxor  | 151. 1. |

|                                         |         |         |
|-----------------------------------------|---------|---------|
| Sergius Galba, Imperatoris Galbae pater | fb. 16. | pag. 1. |
| Sextilia, A. Vitellij Imperatoris mater | 13.     | 2.      |
| Sabina, uxor Hadriani Imperatoris       | 28.     | 2.      |
| Septimus Seuerus Pertinax Imperator     | 33.     | 1.      |
| Seuerus Ostilianus Imperator            | 38.     | 2.      |
| Saturninus tyrannus                     | 45.     | 2.      |
| Seuerus Imperator                       | 51.     | 2.      |
| Sigismundus Imperator                   | 55.     |         |
| Stauratus Nicephori filius              | 70.     |         |

T

|                                           |           |    |
|-------------------------------------------|-----------|----|
| Tiberius Nero Tiberij Imperatoris pater   | 6.        | 1. |
| Tiberius Nero Caesar                      | eodem. 2. |    |
| T. Flavius Sabinus, pater Vespasiani Imp. | 20.       | 2. |
| Titus Vespasianus Imperator               | 22.       | 2. |
| Traianus Imperator                        | 24.       | 2. |
| Tetricus tyrannus                         | 43.       | 2. |
| Tetricus huius filius, tyrannus           | ibidem    |    |
| Trebellianus tyrannus                     | 45.       | 2. |
| Tacitus Imperator                         | 48.       | 1. |
| Theodosius maior, Imperator               | 58.       | 1. |
| Theodosius minor, Imperator               | 59.       | 1. |
| Tiberius Constantinus, Imperator          | 63.       | 2. |
| Tiberius Hysmarus, uel Absimarus          | 67.       |    |
| Theodosius Atramytenus                    | 68.       |    |

V

|                                                |     |    |
|------------------------------------------------|-----|----|
| Valeria Mesalina Claudij Caesaris uxor         | 12. | 1. |
| Vitellius Imperator                            | 18. | 1. |
| Vitellius Petronianus Vitellij Caesaris filius | 19. | 1. |
| Vespasianus Imperator                          | 20. | 1. |



|                                        |            |           |
|----------------------------------------|------------|-----------|
| Vespasia Pollia mater Vespasiani Imp.  | folio. 20. | pagina 2. |
| Verus commodus Antoninus Imperator     | 31.        | 2.        |
| Verus, M. Antonini Imperatoris filius  | 32.        | 2.        |
| Vibius Trebonianus Imperator           | 40.        | 1.        |
| Vibius Volusianus huius filius Cæsar   | ibidem     |           |
| Valerianus Imperator                   | 41.        | 1.        |
| Valerianus iunior Cæsar                | ibidem     |           |
| Victorinus Tyrannus                    | 43.        | 1.        |
| Victorinus iunior Tyrannus             | ibidem     |           |
| Victoria uel Victorina mater castrorum | 43.        | 2.        |
| Valentinianus Imperator                | 57.        | 1.        |
| Valens Imperator                       | ibidem     |           |
| Valentinianus iunior Imperator         | 59.        | 1.        |
| Venceslaus Imperator                   | 86.        |           |

Z.

|                                                |        |     |    |
|------------------------------------------------|--------|-----|----|
| Zenobia mater Herenniani & Timolai Tyrannorum. | folio. | 45. | 2. |
| Zenon Isauricus Imperator.                     |        | 61. | 1. |



C. I V L I V S C A E S A R. Hyspaniæ  
 Questor, suæ pertesus ignauia in urbem reuersus Ponti-  
 ficatum maximum adeptus. Pretor & Consul creatus,  
 Gallias intra decennium debellauit, Germanos nō sine ca-  
 lamitate suorum in syluas compulit. Britannos primus  
 tentauit. Quattuor duxit triumphos. Pompeium Pharsa-  
 lico fudit prælio. Clementie insignis, qua usq; ad pœniten-  
 tiam omnes superauit. Sed habuit hic animus tam bellico-  
 sus quibus argui at uix carere potuit. Obælatorum pro-  
 digæq; iuuentutis subsidium fuit unicum, pronus ac sump-  
 tuosus in libidines, Rapinis & sacrilegijs obnoxius. Elo-  
 quentia uero tanta, ut Cicerō dubitaret cui Cæsar deberet  
 cedere. Dictaturam inuasit perpetuam, cuius dominatione  
 abusus tribus & uiginti plagis confossus ab amicissimis  
 perijt. LVI. ætatis anno.



# IMPERATORVM



Nullis evidentibus causis obiere dum calciantur matutino,  
duo Cæsares prætor & prætura po. Ro. functus Dictato-  
ris Cæsaris pater, hic Pisis exanimatus, ille Romæ. Plin.



P. Clodius muliebri habitu indutus ad sacra Bonæ deæ,  
nocturno tempore ingressus amore captus Pompeiæ, ab  
hac Aurelia Cæsaris matre deprehensus, fugere coactus  
est.



Martia Iulie Cæsaris amica, mater, ex qua generis Regij  
se esse dicebat, originem nempe trahens ab Anco Martio.  
I I I I. Ro. rege.



Cosutiam, ex familia equestri & diuitem admodum, Cæ-  
sari adhuc puero, desponsatam, dimisit. L. patre amisso.





Cornelia, Cinnae quater consulis filia, C. Caesaris uxor, ex qua illi mox Iulia nata est: neq; à Sylla Dictatore ullo modo compelli potuit, ut repudiaret eam. multatus etiam, & sacerdotio & uxoris dote. Sucto:



Iulia C. Caesaris & Corneliae filia. Gn. Pompeio in matrimonium collocata, repudiato priore sponso Cepione Seruilio: haec immaturum edidit partum, moxq; dolore partus decessit: cui honos maximus à populo est habitus, ut in campo Martio sepeliretur.



Pompeian, Q. Pompei filiam L. Sylle neptem Cæsar in locum Corneliæ duxit: cum qua deinde diuortium fecit & adulteratam opinatus à P. Clodio, quem inter publicas ceremonias Bonæ dæ penetrasse ad eam muliebri ueste, constans fama erat, Sucto:



Calphurniâ, L. Pisonis filiâ successuri sibi in cōsulatu Cæsar uxore duxit: quod ultimum ipsius matrimonium fuit; in eo. n. occisus est: post cuius neam, omnem Cæsaris pecuniâ ad M. Antonium Cons. Calphurnia detulit:



# IMPERATORVM



IVLIA. L. Caesaris & Aureliae filia Caesaris Dictatoris soror, foemina pudica, M. Aetij Balbi uxor, Octaviani Augusti auia.



OCTAVIVS CAESAR Augustus. Patre Octavio & Actia Caesaris nepte genitus. IX. Kal. Octob. M. Tullio Cicerone & Antonio Cos. quinque civilia bella victor gessit. Iulij interfectores vindicavit. M. Antonium apud Actum

um uicit. Prouincijs donutis, cum duas acceperisset clades in Germania penè exitiabiles Lollianam & Varrianam, Idem num clausit. Urbem optimis institutis & operibus magnificētissimis excoluit: hinc merito PARENS PATRIAE & primus Augustus ab uniuerſis ſalutatus eſt. Qui toties petitus inſidijs, tandem Nole obiit eodē in cubiculo, quo pater etatis anno LXXVI: cū imperaſſet LVI: Princeps haud dubie foeliciffimus, ſub quo CHRISTVS lux orbis naſci uoluit anno XLII. Auguſti:



Octavius pater Auguſti & re & eſtimatione magna fuit: amplis. n. innutritus opibus honores & adeptus eſt ſacile & egregie adminiſtrauit. Macedonie præſuit non minore iuſtitia quàm fortitudine, ex qua cum diſceſſit morte obiit repentina, ſuperſtitibus liberis Octauia maiore, quā ex Ancharina tulerat que poſtea nupſit M. Antonio: & Octauia minore & Auguſto quos ex Actia. Sueto:



# IMPERATORVM



Aetia Iulia ex M. Aetio Balbo & Iulia sorore C. Caesaris genita est: Diui Augusti mater, quae postea nupsit M. Philippo: primoq; consulatu Octauij obiit relictis liberis Octauia maiore, minore & Augusto quadrimo:



Claudia uixdum nubilis Fulviae ex P. Clodio filia Octauio Augusto desponsata: at similitate cum Fulvia socru exorta dimisit adhuc intactam & uirginem: quemadmodum adulescens etiam Isaurici filiam sponsam habuit, nulla ex utraque suscepta stirpe:



Scriboniam in matrimonium accepit Octavius Aug. nuptā ante duobus consularibus & ex altero etiā matrē, ex qua Iuliam suscepit filiā, diuortiū tamē cū ea fecit, pertesus morū pueritatē, & qā liberius doluisset nimīā potētīā pelli ■ eis quā ē Triclinio uiri corā ī cubiculū abduxit. Sue.



Iuliā ex Augusto & Scribonia genitā, M. Marcello Octa-  
uiae sororis filio uixdum pueritiam egresso nuptui dedit, ut  
is obijt M. Agrippæ ex quo quīq; liberos tulit, C. L. Agrip-  
pam, Iuliam & Agrippinam. C. in Lycia, L. Massiliæ bre-



# IMPERATORVM

ui absumpti sunt. Iulias filiã & neptem ambas omnibus p  
bris contaminatas relegauit, uiniq; usum & omnem cultũ  
ademit, neq; adiri à quocũq; nisi se consulto, permisit.



M. Agrippa ex Iulia Augusti F. & M. Agrippa natus ni-  
hil tractabilior matre & sorore : immo indies auentior in  
insulam transportatus, ad quorum omnium mentionem in  
gemit Augustus: nec aliter eas appellauit quàm tres uo-  
nucas & tria carcinomata.



Liuiā Drusillā C. Tiberio Neroni primū iuncta ex quo Tiberiū & Drusū Neronē sustulit, petentiq; Augusto concessit, quā pregnātem abduxit, dilexitq; unīe & perseueranter, & nihil liberorum ex ea tulit cum maxime cuperet. Cuius amorē ex hoc conijcere potes: cum .n. nulla amplius spes uitæ fuisset in osculis Liuiæ & in hac uoce defeci. O Liuiā nostri cōiugij sis memor & uiue ac uale. Suet.



Tiberius Nero, Tiberij Imperatoris pater **Quæstor C. Caesaris**: bello Alexandrino classi præpositus plurimū ad uictoriam contulit: Quare & pontifex in locum P. Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliam colonias in gbus Narbo & Arelate erant, missus est. Suet;





**TIBERIVS NERO CAESAR** patre eiusdem nominis & ex **Liuvia Drusilla** procreatus **XVI. Kal. Decemb. M. Aemilio Lepido & Munatio Planco** Cos. In pueritia comes usq; quaq; parentum fugæ. Virili sumpta toga Comatam rexit Galliam, Rheticum, Vindelicum, Pannonicum & Germanicum gessit bella. Illyricum tricennio sustulit gravissimū: precibus uxoris tandem expugnatus Augustus eum adoptavit & successor adscitus magis necessitate quàm iudicio: quippe cuius mores & uitam nunquā probasset. Imperium adeptus primum dissimulato ingenio & matris reuerentia non incommode administravit, mox luxuria, commensationibus ac cædibus uacans fraude Caligule nepotis periit **LXXVIII. ætatis. XXIII.** Imperij anno. Verum anno **XVIII.** imperij **CHRISTUS** seruator noster cruci adfixus est à Iudeis.



Numisma est uetus penes me, quod propius mihi ad expressionem effigiei accedere uidetur: quare adiunximus: Fuit in corpore amplo atq; robusto, statura quæ iustam excedebat articulis ita firmis, ut caput adulescentis talitro uulneret capillo pone occipitium summissiore, ut ceruicem etiam obtegeret, facie honesta cum prægrandibus oculis qui etiam in tenebris uiderent.



Agrippina M. Agrippæ filia neptis Pomponij Attici Eqtis Ro. uxor Tiberij Imp. ex quo duos suscepit liberos Drusum



# IMPERA. IMAGI.

& Germanicū. cuius consuetudine cum admodum teneretur. Iuliam Augu. filiam coactus est ducere non sine magno animi angore: quippe cuius mores improbabat, & sui quoque sub priore marito appetentem, à qua tamen mox discedit & perpetuo ab ea secubabat Sucto.



Drusum & Germanicum ex Agrippina filios tulit Tiberius Imp. sed orbatus mox utroque filio, Germanicus enim in Syria, Drusus Romæ obierat: secessum igitur Campaniæ petijt, constanti sermone omnium penè quasi nunquam rediurus, quod etiam ita euenit.



CAIVS CAESAR AVG. Germanicus ex Germanico & Agrippina pridie Kal. Septem. natus patre suo & Fonteio Capitoē Coſſ. a calciamento militari Caligulae cognomen traxit, In auum Tiberium tanti fuit obſequij ut dictum ſit, Nec ſeruum meliorem ullum nec dominum fuiſſi deteriore. Naturam in Aduleſcentia probroſam cohibere non potuit: quin animaduersionibus & ſupplicijs cupidiffime intereſſet. Populo Ro. ob patris memoriam magis commendatus quàm ingenio ſuo, Imperium adeptus eſt, & ab initio principem egit mox monſtrum & ſacem humani generis: quod nefaria uox eius etiam oſtendit cum identidem fremeret, Vtinam Po. Ro. unam haberet ceruicem & illud oderint dum metuant. Sorores ſuas proſtituit, unāq; ex eis etiam mortuam adamauit, nempe in cuius concubitu ab Auiā deprehenſus. Dignam igitur uitā mortem naſtus eſt, Cherea ferro occumbens anno ætatis XXIII. Impe vij I III.



# IMPERATORVM IMAGINES.



Germanicus C. Caesaris pater ex Druso & Antonia minore natus, à Tiberio adoptatus, Tantas corporis & animi dotes habuit, quantas nemini cuiq̃ satis contigisse constat. quapropter diu Augustus dubitauit an successorem sibi relinqueret, nec dubitasset nisi expugnatus ab uxore: periit Tiberij fraude.



Agrippina M. Agrippæ & Iulie filia Germanici uxor, ex quo nouem liberorum extitit mater, quorum duo infantes Tertius puerascens morte raptus est, Ceteri patri superstites fuerunt, tres sexus foeminini Agrippina, Drusilla, Liuia: totidemq; mares Nero, Drusus & hic Caius Caesar.



C. Caesar, matrimonia an contraxerit turpius, an dimiserit non facile est discernere. Iuniam Claudillam M. Syllani nobilissimi viri filiam duxit ante imperium in uxorem, quæ ex partu obiit.



Liuiam Horestillam C. Pisoni nuptam, ad se deduci imperauit, intraq; paucos dies, eam repudiauit, & biennio post relegauit, quod repetisse usum prioris mariti tempore mendio uidebatur.



IMPERATORVM IMAGINES.



Lollia Paulina. C. Memmio prius nupta, ex prouincia ubi apud maritum fuit, euocata. C. Cesari coniuncta est, sed eandem quoq; breui dimisit, & coitū perpetuo interdixit.



Cæsoniā neq; facie insigni, neq; ætate integra, matrēq; ex alio uiro triū filiarū, sed lasciuæ p̄dite & ardentius & cōstantius amauit: sepeq; armatā & adequitantem militibus amicis etiam nudam ostendit: à qua creditur potionatus amatorio medicamento, sed quod in furorem uerterit. Cato interfecto periit & ipsa Cæsonia gladio confossa & filia Iulia Drusilla parieti illisa.



## TIBERIVS CLAVDIVS CAESAR CAES.

Augusti. Iulio Antonio & Fabio Affricano coſs. ex patre Druſo & Antonia minore, Lugduni natus. à qua portentum hominis dicebatur, necdum à natura abſolutus, ſed tantum incohatus, ac ſi quem ſocordiæ argueret. Stultioſiorem aiebat filio ſuo Claudio. Nec tamen adeo ſtupidus, quĩ græcè & latine optime ſciret, & XL. hiftoriarum libros conſcriberet. Quinquagenarius cum inter prætenta foribus uela latitaret extrema pertimeſcens, ad Imperium tractus eſt, Primusq; Cæſarum fidem militis premio pignoratus. In cognoscendo ac decernendo mira uarietate uſus, modo circumſpectus & ſagax, interdum inconfultus ac præceps, mox friuolus & ameni ſimilis. Expeditionẽ unam omnino habuit Britannicam, quam intra ſex menſes conſecit. Et cum imperium ſocordia & crudelitate p annos XIII uexaſſet, uxoris ueneno periit. Anno etatis LXIII.



# IMPERATORVM IMAGINES



DRVSVM Germanicū Tiberij fratrem, ex Augusto iu-  
trico suspicio fuit procreatū. Dux Rhetici Germaniciq; bel-  
li. Septētrionalē Oceanū primus Roma. Ducū nauigauit  
Trāsq; Rhenū fossas noui & immēsi operis effecit. Tandē  
cū inter Rhenū & Salā fluuios belligeraret, domitis hosti-  
bus uictor oppetijt.



Ex Antonia minore M. Antonij & Octauię filia, q̄ nūq̄ ex  
puisse dicitur, Drusus cōplures qdē liberos tulit. uerū tres  
oīno reliq̄. Germanicū, Liuiū, Claudīūq; postea impato,



Aemiliam Lepidam Augusti proneptem Claudius adulescens adhuc sponsam habuit; quam tamen, quod parentes eius offenderant Augustum, uirginem repudiavit.



Livia Medullina, secunda Claudij sponsa, quam ipso die, qui erat nuptijs destinatus, ex uoletudine amisit.



IMPERATORVM IMAGINES.



Vxorē duxit Plautiā Herculaniā triūphali patre natā, cū  
qua diuortiū fecit ob libidinum probra & homicidij suspi-  
tionem, ex qua liberos tulit Drusum & Claudiam.



Aelia Petina, Consulari patre nata Claudij uxor, quam ex  
leuibz offensis repudiavit, suscepta tamen prius ex ea Ar-  
milia.



Matrimonia Claudio male cesserunt: nempe Valeria Messalina Messalæ consobrini sui filia in uxorem accepta, eam supplicio affecit, quia comperit super cætera flagitia C. Silio pulcherrimo iuueni nupsisse, superstitionibus tamen ex ea liberis Octavia, quæ postea Neroni nupsit & Britannico.



Per ius osculi & blanditiarum occasiones Agrippinae fratris filiae conciliatio, apud Senatū subornauit, ut se cogerent ad ducendā eā in uxore: ceterisque dandā talium coniugiorum ueniā quæ ad id tempus inæsta erant: insidijs cuius Claudius periit.



# IMPERATORVM IMAGINES.



Britannicus primo Germanicus dictus ex Messalina & Claudio uigesimo imperij die genitus, quē parvulū adhūc militibus pro concioe manibus suis gestans & plebi p spe etacula gremio ante se retinens, assidue cōmendabat, post patris uero obitum ueneno à Nerone extinctus est.



Drusus Pompeius ex Herculanilla & Claudio natus: Hunc puberem amisit Piro per lusum in sublime iactato & hiatu oris excepto strangulatum. Cui filiam Seiani de-  
pondit.



Claudiã ex Herculaniilla filiam concepit Claudius Imper.  
 Et q̃a ex liberto eius Botere concepta esse ferebatur: Quã  
 uis ante quintum mensem diuortij nata fuerat: exponi ta-  
 men eam ante matris ædes, Et nudam iussit abijci.



Antoniam ex Petina sustulit Et Gn. Pompeio magno: De-  
 inde Fausto Sylle, nobilissimis iuuenibus collocavit, Quos  
 ambos postea interfici iussit, ipsaq; à Nerone intercepta.



IMPERATORVM IMAGINES.



DOMITIVS NERO. XVIII Kal. Ianuarias, ex  
Gn. Domitio Nerone patre & Agrippina Germanici filia  
procreatus. Quo edito, statim prodigiosa vox patris, gra-  
tulatibus amicis excepta, nihil ex se & Agrippina, nisi de  
testabile & malo publico nasci potuisse. Trimulus patrē a-  
misit: mox matre relegata inops apd' amitā sub duobus pæ-  
dagogis, saltatore & tōsore nutritus. Seneca præptore  
usus græcā & latinā edoctus linguas, ad necem eū cōpulit.  
Christiani sub eo primū afflictū supplicijs. Expeditiōes du-  
as tantūmodo suscepit. Musica & cantu mirū inmodū dele-  
ctabatur, & adeo ut etiam de his triumpharet. Aurigandi  
& cytharizandi studiosus. Et in tantum libidini deditus,  
ut puerum exētis testibus in muliebrēm transformaret na-  
turam, seq; ipsum prostitucret. Sacrilegus & parricida, ut  
nec hominibus, ita nec mœnibus patrie pepercit, quam in  
multis incendit locis. Sic omnibus uitæ probris contamina-  
tus seipsum interfecit, & Domitiorum monumento condi-  
tus Anno XXXII ætatis. XIII Imperij. In eoq;  
Cesarum progenies defecit.



Gn. Domitius Nero ex Antonia maiore genitus, pater Neronis; omni parte uitae detestabilis, homicida, perfidus, maie-  
statis, adulteriorum, incestiq; cum sorore Lepida reus fa-  
ctus, tandem morbo aequae intercutis decessit, sublato prius  
filio Nerone ex Agrippina.



Agrippina Germanici & Iuliae filia, non illa M. Agrippae,  
ut falso quidam scripserunt, faciem humani generis Nero-  
nem procreauit ex Domitio.



# IMPERATORVM IMAGINES,



Octauia Claudij Caesaris & Messalinæ filia, Nerōis uxor  
cuius consuetudinem mox aspernatus, dimisit à se ut steri-  
lem: sæpe eam strangulare meditatus, tandem in Cāpaniā  
relegauit & ultimo occidit sub crimine falsi adulterij.



Poppæa Sabina questorio patre nata, Crispoq; Ruffo Equi.  
Ro. prius nupta: pellicis loco primū habuit, quam .xij. die  
post diuortium Octauie in matrimonium accepit Nero, &  
amq; dilexit unice, & tamen ictu calcis occidit, q. sero re-  
uersū cōiitijs inaccesserat, sublata prius ex ea filia Claudia.



Claudia Augusta ex Nerone & Popea Sabina genita, quā  
infantem intra quartum amisit mensem.



Statiliam Messalinā Tauri bis Consulis ac triumphalis ab-  
neptem & Attici Vestini Consulis uxorem, qua ut potire  
tur, virum eius in ipso honore trucidavit, & in uxorem  
rapuit.



# IMPERATORVM IMAGINES:



SERGIUS GALBA M.Valerio Messalla & Cn.  
Lentulo Consß.IX.CaP,Februarij,ex Sergio Galba patre  
& Numia Achaia matre genitus,nobilissima & eloquen-  
tissima familia Sulpitiorum, liberalibus artibus institutus,  
& Iuri operam dedit:perq; dignitatis gradus ad proconsu-  
latum Hyssanie euectus,in coercendis delictis immodicus,  
seuitia & auaritia eque infamis, propterea inuisus militi-  
bus ad lacum Curtium in foro Romano iugulatus est, ca-  
putq; ad Othonem delatum, qui lixis & calonibus dona-  
uit, à quibus centum aureis redemptum cum trunco reli-  
quo in priuatis hortis Aurelie uie,tumulatū est,Anno æ-  
tatis LXXIII.Imperij mense VII.



Serg. Galba, Imperatoris Galbae pater uir consularis, quam breui corpore atq; etiam gibber, modiceq; in dicendo faultatis, causas tamen attituit, & uxores habuit, Numiam Achaia & Liuiam Ocellinam, ditē admodū & pulchrā, à qua nobilitatis causa nō forma adpetitus fuit.



Numia Achaia, neptis Catuli proneptisq; L. Mummi, qui Corinthum excidit, ex qua procreauit Caium & Sergium quorum maior: C. attritis facultatibus urbe cessit. Sergius uero ad imperium euectus est.



IMPERATORVM IMAGINES.



Lepidam Galba Imperator habuit uxore, ex qua duos suscepit filios, qua amissa in coelibatu petinaciter mansit.





M. SILVIUS OTHO Quarto Cal. Maij, Camillo Aruncio & Domitio Aebonarbo Cos. natus est ex L. Sil- uio Othone patre & Albia Therentia matre, prodigus ac procax in adulescentia, Neroni adeo familiaris ut etiam ri- ualis fuerit, nullo officij aut ambitionis genere onisso. In Galbam & Pisonem cōspirauit, quibus trucidatis imperiū nactus, ad quatuor uix menses obtinuit: à Vitellio enim a- pud Bebriacū inter Veronam & Cremonam uictus, seip- sum infra leuam papillam uno ictu, transfixit & apud ui- cum Veliernam funeratus XXXVIII. etatis anno. Adeo autem militibus charus ut multi uim uitæ, non pro- cul à rogo, intulerint, multi præ dolore armis ad interniti- onem concurrerint. Popeam amicam adhuc Neronis sibiq; demandatam nuptiarum specie reapiit, quam adeo dilexit ut ne riualem quidem Neronem æquo tulerit animo, atq; pro soribus quondam astantem exclusit.



IMPERA. IMAGI.



L. Otho ex familia uetere & honorata oppido Ferenino, originē traxit, cuius pater M. Siluius Otho Eques Ro. fuit & p gratiā Liuię Augustę, in cuius domo creuerat, in senatum adscitus, Hic uero L. Otho urbanos honores, procōsulatū Aphricę & extra ordinaria impia seuerissime ad-  
minijtrauit, ita ut etiam in palatio ei posita sit statua.



Ex Albia Therētia splēdidissima foemina duos filios tulit L. Otho, L. Titianū & minorē M. Othonē impatorē & filiā quā nondū nubilem Druso Germanici filio despondit.



A. VITELLIVS Vitellium & Sextiliam parentes habuit, natus, ut uolunt, VIII, Cal. Octobris, Druso Cæsare & Norbano Flacco Cons. Primā egit adulescentiā inter Tiberiana scorta, quare ppetuo Spinuriæ cognomine notatus, sequentē etatem omnibus probis contaminauit, hic præcipuū in aula locū tenuit apd C. Claudium, Neronēq; Cæsares, à quibus non solum honoribus, sed & sacerdotijs auctus, A Galba in Germaniam missus inferiorem, factioe militari impium arripuit, quod uix octimestre obtinuit, & arbitrio uilissimi cuiusq; hystrionis administrauit. Othone interfecto, campos, in qbus pugnatum est adiit, tabemq; cadauerū detestabili uoce confirmauit. Optime olere occisum hostē & melius Ciuem, Ad cædem igitur cuiusq; quacūq; de causa, pronus, tandem Vespasiano à militibus Imperatore declarato, concordia ambiebat, qua frustra tentata, è latrebra extractus, ligatis post terga manibus, iniecto æruicibus laqueo, in forum tractus, mucrone sub mentum posito ut uisendam præberet faciē, stercore iactatus & minutissimis icibus excarnificatus, uncoq; in Tyberim tractus. an nouit L VII.



# IMPERATORVM IMAGINES



L. Vitellius pater Exconsul Syriae fuit, Consulatus duos et censuram gessit, absenteq; Claudio Impa. curā imperij sustinuit, uir innocens & industrius, sed qui supra modum adulationi deditus fuit, ita ut pro maximo haberet munere, cum Claudij uxor sibi praeuisset ex calciandos pedes, socculumq; eius gestans nonnunquam exosculabatur: Amore etiā Libertinae parinfamis fuit, cuius saluiss melle commixtis fauces pro remedio fouebat.



Sextilia probatissima nec ignobilis foemina uxor L. Vitellij duos ei procreauit filios, quos ambos pater, æssisset Paralyti, Consules uidit.



*Petroniam Consularis uiri filiam Vitellius uxorem habuit  
& ex ea filium Petroniū captum altero oculo procreauit.*



*A. Vitellius Petronianus Vitellij & Petroniæ filius altero  
captus oculo, qui heres à matre, sub conditione institutus,  
sive potestate patris exisset, breuig; cum, ut creditum est,  
interemit.*





Post Petroniam, Galeria Fundana, prætorio patre nata,  
uxor Vitellij, de hac quoq; liberos utriusq; sexus tulit, sed  
marem tiubantia oris propè mutum et clinguem.



**VESPASIANVS** Imp. XV Kal. Decembris Qu. Sul  
 pitio Camerino C. Pompeio Sabino Cos. ex Flauio Sabino  
 Vespasiano patre & Vespasia Polla matre procreatus est  
 Expeditiones duas sub Claudio feliciter legatus sustinuit  
 Germaniæ & Britanniæ, deinde ad comprimendum in ori  
 ente motum delectus est, auctoq; exercitu ibidem à militi  
 bus imperator salutatus. Hierosolymis expugnatis in urbē  
 reuersus per totum tempus nihil antiquius habuit, quàm af  
 flictam remp. stabilire & ornare, Urbem inændijs defor  
 mem operibus nouis refecit, Inimicitarum minime memor  
 Insolescentibus amicus & comis, nullius cæde gaudius, im  
 mo uel iustis ingemuit supplicijs, Verū in eo fuit quod ac  
 cusare potuisses, pecuniæ cupiditas, & in tantum quod uri  
 næ uectigal instituerit, nihilominus tamen tam male partis  
 opime usus est, Annis X. cum imperasset, inter manus  
 subleuantium extinctus est dicens: imperatorem statim mo  
 ri oportere. anno ætatis **LXIX. M. I. D. V. I. I.**



IMPERATORVM IMAGINES,



T. Flavius Sabinus pater Vespasiani Imperatoris ex Tito Flauio Petronio municipe Rheatino natus, expertus militie Publicanum in Asia egit, & postea foenus apud Heluctios exercuit, ibiq; diem obiit. superstitibus duobus ex Pollia liberis Sabino & Vespasiano.



Vespasia Pollia Nursia Sabinorum oppido mater Vespasiani Imp. honesto genere orta, patrem habuit Vespasianum Pollionem ter tribunū militum, prefectumq; castrorū & fratrem senatorem pratorie dignitatis.



Flauiam Domicillam Statilij Cappella Equitis Ro. filiã uxorem duxit Vespasianus Imp. ex hac liberos tulit Titum Domitianum & Domicillam, quam adhuc priuatus amisit. Post cuius obitum CENIDEM Antonia libertã admauit, & penè uxoris loco habuit.



Domicilla Vespasiani Imperatoris filia, quam unã cum matre adhuc priuatus amisit.



# IMPERATORVM IMAGINES.



TITVS VESPASIANVS tertio Kal' Ianuarij ex Vespasiano patre & Flauia Domicilla matre pgenitus, amor ac deliciae humane in puero adhuc, animi & corporis dotēs explenduerūt, quibus nō inerat minor authoritas quā gratia, docilitas ad omnes belli & pacis artes: latinae graecaeq; linguae, uel in orādo uel in fingēdis poematibus promptus & facilis: ad pdomandā Iudeam à patre relictus Hierosolymas coepit tanto fauore militū, ut impatorē cū consalutauerint, in quo tā liberalis extitit, ut etiā plura polliaretur quā prestare posset: ob ea dixit, Nemine oportere à principe discedere tristē. Recordatus quandoq; sup coenam, nihil cuiquā tota die prestitisse, memorabilem effudit uocem, dicens. Anunci diem pidi. Quae uirtutes antea actae licentiam uitae omnino obfuscarunt. Tandem nactus febrim exæssit eadem qua pater, uilla, dicens, Eripi sibi uitam immerenti, neq; ullum suum factum extare poenitendum prater unū. quod tamen adhuc nulli proditum. Postquam imperasset biennium, Men. II. D. XX. etatis XLII.



Arricidiam Tertullo patre Eque Romano et præfecto quōdam prætorianarū cohortiū progeneratam, adhūc priuatus Titus uxorem duxit, quam, absq; liberis, mors absumpsit.



Martia Fulvia splendoris generis fœmina, in defunctæ Arricidie locum, à Tito adsumpta, quam per diuortium, sublata prius ex ea filia, à se reppulit,





Iuliam Titi filiam alteri in matrimonium collocatam Domitianus patrius ultro corrumpit & quidem uiuo etiam adhuc Tito, mox patre ac uiro orbatam, ardentissime palamq; dixit, ut etiā causa mortis extiterit coactae conceptum a se abigere.



DOMITIANVS ex Vespasiano & Domicilla pa-  
renibus natus IX Kal. Nouembris patre Consule de sig-  
nato. Patri ac fratri per omnia dissimilis, Modestie primo  
mirum inmodum simulator, & circa imperij administrati-  
onem aliquandiu se uarium præstitit, mixtura inæquali ui-  
tiorum atq; uirtutum, donec uirtutes in uitia deflexit. Cotti-  
die sibi horarium sumpsit secretum ad captandas muscas,  
ita ut cesserit in prouerbium interroganti. Ne quis cū Cæ-  
sare? Non absurde responsum sit, Ne musca quidem.  
Expeditiones in Cattos, Sarmatas & Dacos suscepit. Vrbi  
deditus crudelitatem supramodum exercuit, etiā nouo quæ-  
stionis genere inuento. Nihil pensi habuit quocumq; modo  
prædareur bona uiuorum an mortuorum: infandæ libidi-  
nis, ut etiam fratris filiam corruperit. Cunctis igitur horri-  
bilis & inuisus, amicorum tandem conspiratione occisus,  
Anno ætatis XLV. Impe. XV. cadauer in suburbano suo  
funeratum est.



IMP. I M A G.



Domitia Longina Aelii Lamie abducta, uxor Domitiani facta est, ex qua in secundo eius consulatu filium suscepit, alteroq; anno consulatauerat ut Augustam, eandem hystri onis amore deperditam repudiavit, intraq; breue tempus, impatiens diuortij, quasi efflagitante populo, reduxit.



NERVA COCCEIVS, media nobilitatis oppido Nar-  
niēsi genitus, priuatus, summa modestia et prudētia uixit  
senex admodū et uoletudinarius. opa Parthenij, interfecto-  
ris Domitiani, ad impiū adscitus, in quo mox Christianos  
accusatos et relegatos absoluit et reduxit, tanta liberali-  
tate in egenos, ut pecunie inops factus: uestes primū uasa  
q; aurea et argentea, suppellectilē, deniq; preciosam uen-  
diderit, et liberos egestos sumptu publico aliiussit, De  
suo arbitrio nihil unquam statuit, sed principes uiros in cō-  
siliū adhibēs, Licet autem summa uixerit integritate, tamē  
coniuratoribus nō caruit, quos omnes ciuili tulit aīo, et Tra-  
ianū, qui tunc Germanie praefuit, adoptauit et Caesarem  
dixit, nō deterritus, qd' ante cum nullus peregrinus ad im-  
perij culmen fuisset euectus. Quare dixit, Virtutem homi-  
nis, nō genus aut patriā spectari oportere, Demū morbo  
extinctus, aīo impij primo mense IIII. etatis LXXI  
Corpus à Senatu ad Augusti sepulchrū, funeratum.

Hucusq; Roma Imperatores dedit.



IMPERATO. IMAG.



**TRAIANVS** M. Vlpivs Crinitus antea dictus, natus  
 Italicae in Hispania, familia magis antiqua, quàm clara,  
 apud Agrippinam imperator factus anno ætatis **XLI**.  
 Nullus in eo liuor, nulla malignitas, nullum omnino pdere  
 studuit, bonos & studiosos honoribus & dignitate auxit,  
 Delatores à se reppulit, ac ira nūquam uictus, obseruari q̃  
 timeri malebat, charus ciuibus, hosti formidulosus. Militarē  
 disciplinā tū seuerē tū remisse exercuit, Dacos & Partos,  
 unde cognomina sumpsit, uicit, Pontē lapideū per Istrū fe-  
 cit. Vestes suas militibus ad liganda uulnera, diuisit. Nec in  
 bellorum studio urbanas res deseruit, ciuiliāq; negotia æq;  
 curauit, Senatū patrem, se ministrum laboris uocans, Op-  
 timus igitur à Senatu iudicatus est: Inter quas uirtutū dotes  
 duobus erat obnoxius uitij. Vino enim & puerorum amo-  
 ri indulsit, sed citra libidinem & ebrietatem: Multis itaq;  
 foeliciter gestis, periijt apud Seleuccam Syrie urbem, & re-  
 latus in urbē, ac urna aurea ad basim colūne sue conditus,  
 cum imperasset annos **XIX. M. VI. D. XV.** ætatis **LXV**



Plotina Traiani uxor, ex qua uel aliunde nullam suscepit  
 prolem, cuius opera Hadrianus adoptatus ad imperium p-  
 uenit, imperans beneficij memor defunctæ sacram exiru-  
 xit eadem, maximis sumptibus apud Nemausum, & per no-  
 uem funeris dies pullatus inæssit, & hymnos in eam fecit.

E



I M P E: I M A G:



Titus Aurelius Fuluius Boionius ANTONINVS PIVS ex Aurelio Fulvio patre, & Arria Fatidilla matre, p<sup>r</sup>creatus .xiiij. Cal<sup>o</sup>, Octob. sub Domitiano xij. & Cornelio Dolobella cons<sup>ul</sup>. priuatus in agris frequētissime uixit, Quēsturam, præturā & consulatus gessit, Ex quatuor consularibus unus quibus Italia ab Hadriano regenda cōmissa fuit Impiū adeptus Pij cognomēto ob clementiam honoratus p<sup>r</sup> legatos bella gessit, nec ullā expeditiōem p<sup>r</sup> se obiit, dicens, Esse grauem prouincia libus comitatū principis, maiorisq<sup>ue</sup> authoritatis apud exteros fuit, quā ullus ante cū princeps Pacem unicē custo. diuit dicens se malle unum seruare Ciuē quā mille hostes occidere. Prouincias magis defendit quā auxit, Seditiones nō crudelitate, sed modestia & grauitate cōpressit, solusq<sup>ue</sup> omnium sermē principum, qui sine ciuili & hostili sanguine uixerit. Senatui tāquam priuatus detulit, à quo pater patriæ dictus, Decessit febre apud Lorios cū esset septuagenarius & imperasset annos .xxiiij. mæroece omnium ordinum sepultus in Hadriani mole,



Aurelius Fulvius pater Antonini Pij, originē ē Gallia Trāſ  
alpina, Nemaufensi ſciliēt rraxit. Qui cōſul & prætor ur  
banus fuit, homo certe triftis & æger ut Capitolinus refert



Arria Fatidilla mater Antonini Pij, ex Arrio Antonino bis  
Conſule genita, homīe ſancto & qui Nerum miſcratus  
eſſet, quōd imperare cœpiſſet.



IMPERATO. IMAG.



Sabinā uxore ut morosam & asperā dimissurus erat Hadrianus, si priuatus fuisset, tāquā adulterij suspectam, q̄ familiaris cum Septitio claro præfecto prætorij & Suetonio Tranquillo Ep̄larū magistro se gesserat, quā reuerentia domus aulicæ postulabat. Sparti.



Antinous ex Cethnide urbe Bithyniæ natus formosissimus puerorum Hadriani delitiæ, cuius nomine urbē in Aegypto cōdidit, & quē mortuū, siue in Nilū ceciderit siue imolatus fuerit, muliebriter fleuit.



L. CEIONVS COMMODVS, dictus L. AELI  
VS VERVS. Cuius pater L. Ceionus Commodus Verus  
ex Ethruria, mater è Fauentia fuit, adoptatus per Hadria-  
nū uoluptate & forma uix moribus allectus, Cæsareq; eū  
primū appellauit, statiq; prætor factus, deinde Pānonum  
Dux ac rector, mox Consul creatus. Sed cū natura ualctu-  
dinarius esset Hadrianū adoptiōis poenituit, breuiq; defun-  
ctus in mole Hadriani scpultus est, cuius adhūc Romæ talis  
extat inscriptio L. Aelio Diui Hadriani Aug. F, Coß. I F  
In cuius locū Hadrianus Antoninū Piū adoptauit, hac tñ  
conditione, ut ipse M. Antonium & L. Verum Ceionis fili-  
um adoptaret, quo pacto successioni suæ consuluit. Vxorē  
hic habuit Domitiam Caluillam, ex qua L. Verū, qui post-  
ea cū M. Antonino impauit, genuit. Idem uxori querenti  
de extraneis uoluptatibus, dixisse fertur, Patere me p alias  
exercere cupiditates meas Vxoris enim dignitatis nomen  
est non uoluptatis.





AELI VS HADRIANVS ex Aelio Hadriano patre Aphro cōsobrino Traiani & Domitia Paulina matre natus, Romæ. ix. Cal. Febru. Vespasiano vij & Tito V: cōſ. aduleſcens peritiſſimus, matheseos utriuſq; lingue impenſe cruditus & maxime græcæ, factiōe Plotinæ, quæ illius amore flagrabat: impator factus: ābitioſus ſupra modū, inuidebat magis quā amulabatur, cupiēs oēs in quæcūq; diſciplina ſupare, Variū ac minus prudens, nihilq; incōſulto ſenatu faciebat: Cōſulibus, cū iudicārēt interdū aſſiſtebat, Infirmis amicis aderat, & oīa ad priuati hominis modū fecit, Rempubicāq; ita geſſit, ut ſciret rē populi eſſe nō ſuā: Optimis inſtitutis rē militārē iuuit: Venādī ſtudio ad inſaniā tenebatur, Frigora & tēpeſtates tā patienter tulit, ut nūquam caput tegeret, Expeditiones ſuſcepit Pānicā, Iudaicā, Gallicā, Britānicā & Germanicā: Peregrinatiōis adeo ſtudioſus, ut ingeni aſeritate totū penē orbem peragrauerit, Primuſq; Cæſarum barbā nutrire cœperat: Fluxu ſanguinis demum periit, anno ætatis lxxiij imp: xx, Men: xi.



Aelius Hadrianus Affer cognominatus Traiani consobrinus & Hadriani principis pater, cuius originem generis, scriptores ab Adria esse uolunt, unde maiores eius tempore Scipionum in Hispaniam migrare,



Domitia Paulina Gadibus orta Adriani imperatoris mater, quae ex Aelio uiro Romae Hadrianum & Paulinam filiam sustulit,



IMPERATO. IMA.



Faustina Annij Veri filia, Antonini Pij uxor, ex qua liberos quatuor sustulit, mares duos, totidemq; puellas. Quarum maior Laniam Syllanũ, minor M. Autonium philosophum in coniugem accepit. Hanc Faustina à Senatu Augustam appellari passus est, quæ tertio anno imperij morte occubuit;



M. Aelius Aurelius Antoninus philosophus ex patre Annio Vero et Domitia Caluilla matre natus Romæ vi kal. Mai. quo suo Annio Vero iterum et Augure cons. A prima insania supcilij stoici, philosophorum præceptis traditus tantum in eis operis et laboris impendit ut etiam corpus adfligeret, et cum hoc pingedi arte didicit. Antoninus pius hac conditione ab Hadriano adoptatus, ut hunc Marcum et M. L. Commodum adoptaret, Quam tamen adoptionem hic Marcus egretulit, quia inuitus de maternis cessit hortis, statimque Cesar a Pio designatus per omnes gradus dignitatum ascendit et uoluntate principis et senatus: post Pij excessum coactus a Senatu ad curam publicam L. Aurel. Verum fratrem et generum sibi imperij designauit, tuncque primum Ro. impium duos cepit habere Augustos. L. Verus ad Parthicum bellum missus, ipse Romæ mansit, ad bellum Marcomannicum ambo profecti L. in itinere perijt, quo mortuo solus remp. tenuit et bellum inceptum confecit. Commodum filium Cesarē fecit. Tandem cum amore omnium imperasset annos XVIIII. Vitæ LXI. diē ultimū clausit.



IMPERATORVM IMAGINES.



L. autem V E R V S Commodus A N T O N I N V S,  
 ex L. Cciono Cōmodo & Domitia Caluilla natus, ut prius  
 dictum est, neq; inter bonos, neq; inter malos numeratur  
 principes, . In adulescentia Grāmaticos, Rhetores, Philoso  
 phos, græcos & latinos habuit, moribus ab initio probatis  
 mox ad aleam, scorta ac popinas se conuertit, quæ uitia, ne  
 palàm fierent, à Marco in Syriam missus, ubi haud minore  
 luxuria quàm Romæ uixit: uirtute tamen Auidij Cassij le  
 gati uictoriam adsecutus est. Posthæc in Marcomannos cū  
 Marco profectus, in uehiculo sedens apud fratrem apople  
 xia correptus post triduum periit, non sine ueneni suspitio  
 ne propinati à Lucilla uxore filia Marci, ob Fabiæ sororis  
 consuetudinem, uixit annis xliij . Imperauit cum fratre xij.  
 & in Hadriani sepulchrum illatus est, cum inscriptione, q̃  
 adhuc extat.



Annius Verus pater M. Antonini imperatoris, qui in prætu-  
ra decessit, auusq; eiusdem nominis iterum Consul & præ-  
fectus urbis fuit, adscitus in patricios à Vespasiano & Ti-  
to principibus.



Domitia Caluilla Caluisij Tulli bis Consulis filia, Marci  
imperatoris mater.





Faustina ex Antonio Pio & Faustina coniuge Marci uxore  
& consobrina, gladiatoris amore nimio tabescens, epero eius  
ius cruore cum viro concubuit & Antoninos Geminum qui qua-  
drimus obiit, & Commodum procreavit, Lucillamque quam fratri  
L. Vero respondit & deinceps Claudio Pompeiano.



In secessu praenestino agens Marcus imperator filium nomine Verum  
Caesarem, execto sub aure tubere; septennem amisit: quem non  
plus quam diebus luxit & statuas & imaginem auream Circe  
sibus portare iussit de aerni: nomenque eius Saliari carmine ce-  
lebratum est.



L. Aelius. Aurelius. Commodus Antoninus ex M. Antonio philoso. & Faustina parentibus natus: oībus certe incōmodus, pridie cal. Septēb. patre patruoq; coſs. quē diem natalē Caligula habuiſſe fertur, quare iſſdem penē moribus. Pueritiā pater optimis inſtituit praeceptoribus ſed nihil profuerūt, ad ea enim pronus, quae minime ad principis animū ptinent ut fingere calices, ſaltare, cantare, ſcurrā & gladiatore ſe exhibere, XII. annorū natus crudelitatis future in ditiū praeſbuit balneatore in fornacem cōijci mandās, potauit in lucē, tabernis indulſit, cum trecentis cōcubinis trecentisq; puberibus exoletis per conuiuia & balneas debachatus eſt. Lucillā ſororē occidit, reliquas ſuprauit, omni parte corporis in utrūq; ſexū pollutus. Prouincias omnes uendidit, ciues & conſulares interfecit. Romā Commodianam uocari uoluit: omnibus ſupris & ſanguine contaminatus à Martia concubina & alijs ſtrangulatus eſt. Corpus unco trahēdū in Tyberim ſenatus uoluit, petitiōe tñ Perſinae in Hadriani monumētū trāſlatū An. impij xiiij. Vitae xxxij



IMPERATORVM IMAGINES.



Crispina Commodi imperatoris uxor: cuius dolo, Lucilla soror coniurationis in fratrem accusata, perijt.



**P. AELIVS PERTINAX.** Patre Aelio libertino qui coëfilitiâ tabernâ in Liguria exercuerat, natus cal<sup>p</sup> Augustus. Vero & Bibulo cons. Puer literis & calculo deinde grammaticam edoctus, eâdem professus est: sed cū minus esset quæstuosus, rei militari se dedit, & præfectus cohortis in Syriâ missus, ex bello Parthico in Britāniam, inde Moesiam & Germanicā rexit classem, quo mater eū prosecuta ibidem obiit, per omnes dignitatis gradus euectus interfecto Commodo, auxilium Leti præf. prætorij ad imperiū coactus & reluctans puenit sexagenario maior Augustusq; & P.P. appellatus, sed sordidus & auarus nimis in milites ab eisdem interfectus est, non inscio Iuliano qui successit, caput conto fixū milites per urbem in castra tulere, reliquæ in sepulchro aui uxoris, locatæ sunt, cum imperasset menses nondum tres. Filium Pertinacem Senatus Cæsarem dixit filiāq; supstitē reliquit. Vxorē Flaviā Titianā habuit cuius pudicitie ninus curiosus cum cytharedum illa palām diligcret, ipse Cornificiam usq; ad infamiam deperisset.





DIDIUS IVLIANVS Mediolanēsis cui pater Petronius Didius Seuerus, mater Clara Acmlia fuit: literis institutus maxie, legibus & magice opā dedit. Questor, edilis, prætor, præfectusq; Germanice legionis XXII Primigenie. Catos debellauit. Inde Dalmatiā rexit & Bithyniā: post Pertinacis mortem Tribunorū exhortatiōe & senatusconsulto Impator & P.P est appellatus: ob parsimoniā populi minime gratus: cuius odio & defectione Seueri eò puenit ut impium abrogaret, & à milite gregario in palatio occisus est. Corpus uxori & filie ad sepulchrū est redditū, & in Saluij Iuliani proauū monumento est reconditum .anno ætatis LVI .M. iij Imperij mense vij.

Vxor Mallia Scantilla & filia Didia Clara Augustæ sunt dictæ.

Eodem tempore Pescennius niger in Ilyrico & Clodius Albinus in Gallia impatores, ab exercitu dicti, qui cum Emiliano cæsi, liberi & uxor Pescennij necati: patrimonium publicatum, totaq; familia extincta per Seuerum.



L. SEPTIMIVS SEVERVS Pertinax, solus omnium ex Africa princeps, patre Geta ex Lepti ciuitate, matre Fulvia pia natus, Erutio Claro ij. & Seuero cos. vi. Id' april. pueritiam grecis & latinis instituit literis ita ut etiam decimo octauo anno publicæ declamauerit, Mathescos peritissimus Legatus procōsularis Africæ, Lugdunensem prouinciã in Gallijs, à quibus summope dilectus Deinde Pannonias & Siciliam sorte meruit, auxilioq; Leti Germaniæ præponitur, ubi famam & nobilitatem auxit & à quibus post mortem Commodi impator salutatus, & occiso Iuliano Romam uenit, adeo necessarius reip. ut aut nunquã mori, aut nunquã nasci debuerit. Arabes, Parthos & Adiabenos, unde cognomina sumpsit, in ditionem redigit. periit Eboraci in Britannia morbo articulari, quam pæcatam reddidit & uallo cinxit, anno impij. xviij. ætatis lxx, illatusq; sepulchro M. Antonini.



IMPERATORVM IMAGINES.



Tribunatu plebis à Marco impa. donatus Seuerus uxorem Martiã duxit, cuius in hystoria sua priuatæ uitæ nō meminit, ci tamē postea in impio statuas collocauit, Qua amissa nullā aliā ducere uoluit, nisi quæ geniturā haberet regalē.



Iuliã inter Syros haud nobili genere natã, q. impatoriã haberet genesion, sibi cōiunxit, ex qua statim pater factus, Getã filiũ genuit, & filias, quas dotatas maritis Prolio & Etio dedit. Domi tamē minus caute uixit Seuerus, q. uxorem Iuliã adulterijs famosam aluit, eandemq; coniuratiōis in se consciam, quæ sororem habuit Mœsam siue Variam nomine, de qua postea in Heliogabalo.



BASSIANVS ANTONINVS Caracallus ex Seucro Imperatore & Martia matre. xij Id' April. Lugduni procreatus Bassianus prius dictus, sed quia ex Apollinis oraculo patet docuit, sibi successurum cui dederint superi nomen habere Pij, ideo cum nomine Antonini donauit, similiter & Getam natu minore, Caracalli uero cognomine, a uestimento demisso ad talos usque, quod populo diuisit, accepit. Hic Bassianus pueritia ostendit optima indole, literis & moribus liberaliter instituta. Crudelitatem patris uel fleuit uel oculos auertit. Mox pueritiam egressus, patre superbior factus, Tiberium & Syllam laudauit, fratris finxit insidias & eum occidi in palatio fecit, patruelē similiter & Papinianum Iureconsultum Galliam & Germaniam petijt, & inde Germanicum se nominari uoluit, In Thraciam profectus naufragium passus est, post ad bellum Armeniacum & Parthicum conuersus titulum inde usurpauit, at cum iterum Parthis bellum intulisset insidijs Macrini, cum mingendi causa e quo descendisset, interceptus est anno ætatis xliij. imperij sexto. Iuliam nouercam cuius illecebris captus uxorem duxit. filiumque Heliogabalum ex stupro natum post se reliquit.



IMPERATORVM IMAGINES.



OPILIVS MACRINVS generis Maurusij obscuro natus loco (ita. n. fortuna parum dignos exornat) occiso Bassiano praefectus praetorij arripuit imperium, una cum filio Diadumeno, quem Antoninum appellauit, pater animi et oris inuerecundi, improbus et uenali fide, sacrilegus et sanguinarius ut etiam Macellinus passim a scriptoribus dicitur, Contra Parthos magno profectus apparatu, sordes generis et prioris uitae infamiam uictoriae magnitudine abolere nisus est, sed Heliogabalo contra se pugnante, fuga euasit, milites interim pugnantes. Ut autem a captiuis intellexit eum fugisse, missi post eum nuntij, inuentusque est in Calchedone urbe Bithyniae, perpetuo attritus itinere, latitans in suburbano quodam caputque abscisum, et filius Diadumenus interfectus, cum quo impauit annum et .ij. menses. quinquagenario maur.

Numiam Celsam habuit uxorem, ad quam extat Epistola eius apud Lampridium



Varius HELIOGABALVS Antoninus ex Symiani  
 ra uel Soena matre & Bassiani adulterio genitus, unâ cū  
 matre & auia Moesa sorore Iulie Scueri coniugis, post  
 mortē Bassiani in phœniciâ cū omnibus bonis à Macrino,  
 migrare iussi sunt, ibiq; sacerdos Solis (Heliogabalus à phœ  
 nicis dictus) factus est, & inde nomē adeptus. Cunctoriū  
 eius ætatis adulescentiū formosissimus, corpis forma & æ  
 tatis flore oēs mortales & in primis Ro. milites, q̃ templū  
 Solis frequētabant, in se cōuertit, admoniti igitur ex fugil  
 latiōe auie Antoninorum editū sanguine, nūmisq; ab ea cor  
 rupti, cōtra Macrinū, eū impatorē dixerūt, tanta noīs An  
 toninorū erat desiderium, Romā ueniens matrē in senatū  
 duxit & prima uiri loco sententiā rogata, statim monstrū  
 humani generis se exhibuit, p̃ cuncta caua corporis libidinē  
 reæpit, Veneris personā induit, hoc solū spectās, si dignus  
 plurimorum libidini uideretur. Nupsit & coijt, potator, le  
 no, popinarius, occisus est in latrina. ætatis, anno. xvij. im  
 perij. iij. Isq; exitus Antoninorum fuit.





AVRELIVS ALEXANDER urbe Aræna in templo A  
 lexãdri magni ex Mammea matre & Varro patre genitus  
 cõsobrinus Heliogabali. Alexianus ab auo prius dictus, aui  
 to noie in Macædonis regis nomē cõmutato. In pueritia sta  
 tim nō unum diē præterire passus est, quo se non in literis  
 uel ad militiã exeræret, facundia græcæ magis quàm lati  
 ne, in uersu nō inuenustus, mireq; pinxit. Duas oīno expe  
 ditiões fecit, unā in Persiã, alterā in Germaniã, Regē Artax  
 xerxcm in Persia adgressus nec uictus nec uictor abiit: au  
 datia & seueritas in militibus, uel arguendis uel puniendis  
 ei nō defuit, qbus etiam p præconem edici iussit. Quod tibi  
 non uis, alteri ne feceris. Nemo à latere eius tristis submoue  
 batur, adeo blandem & affabilem se præbuit oībus. CHRI  
 STVM in larario suo coluit, cui & templum facere uoluit.  
 Ad Germanicū bellum inuitis oībus profectus, quorū ua  
 statione Gallia diripiebatur, tumultuātibus igitur his in Gal  
 lia uico unā cum matre occisus est imp. an. xiiij. æta. xxix.  
 Martiani filiā uxorem duxit, cuius detecta factiōe, cā a se  
 abiecit, & Memmiā Sulpitij consularis filiam accepit.



Iulia Mammea Varie uel Moesæ, quæ soror Iulie uxoris  
Seueri fuit, filia, sororq; matris Heliogabali, pleriq; hanc  
christianã fuisse uolunt & Originem religionis causa Ro-  
mam accersisse. Ex Vario hunc Alexandrum & Theocliã  
græcis munitionis eruditam, sustulit, quam Maximino iunio  
ri despondere uoluit, si tam barbarum socerum ferre potu-  
isset.



# IMPERATORVM IMAGINES.



MAXI MINVS IVLIVS, è Thracia oriundus, pa-  
rentibus barbaris, pater Micca, mater Ababa dicta, In pue-  
ritia pastor fuit, & ob corporis paritatem sub Scuero mili-  
tauit à Caracalla & Macrino adamat, quia amphoram  
Capitolinam saepe uno die hausit & .40. libras carnis de-  
uorauit, Alexandro interfecto ab exercitu, cuius Dux ordi-  
num fuit, impator cligitur, & Augustus contra Senatus uo-  
luntatē dicitur, statimq; oēs Alexandri ministros trucidauit  
suis confusus uiribus, quasi nō posset occidi, ad Germanicū  
bellū maximo apparatu uenit, praedaq; onustus abiit, alie-  
no malo pecuniam quæsiuit, delatores eucxit, ex diuissimis  
pauperrimos fecit, multos consulares & duces interemit,  
Cuius crudelitatem experti, ab eo defecit exercitus Aphricæ  
& Gordianum procōsulem unacū filio impatores dixere,  
sed Capeliani ducis Maurorū auxilio interēpti sunt, Maxi-  
minus uero unacū filio formosissimo Cæsareq; Italiā deua-  
stans cū Agleiā obsideret, à militibus in tentorio occisi sunt  
capita Romā missa, diuites, Ex pessimo genere ne catu-  
lū quidem habendū, anno impij eorum tertio, pater sexa-  
genario maior, filius xxi. corpq; in profluentem missa.



GORDIANVS senior patrē Metiū Marullū habuit, matrē Vlbīā Gordianam, ex gente Traiani principis: adulescentiā literis & poematibus exercuit, præturā & consularatus gessit, oīumq; priuatorū ditissimus, Procōsul Aphricæ factus eum ita gessit, ut omnibus uenerationi esset & Scipionū & Catonis noīe honoratus ab eis fuit: sed parum profuere dotes, & inuitus & sexagenario maior ad imperij fastigium tractus uñacum filio, cōtra Maximini tyrannidem, Et licet Senatus tacite approbasset, tamē Capelij ductu filius occisus, & pater uitā laqueo finuit, ne uiuus in hostium manus ueniret, āno primo imperij, Mense VI.

Ex Fabia Orestilla Antonij pncepte, duos habuit filios, quorū alter Gordianus Antoninus dictus, uir cōsularis, cūq; patre Augustus appellatus, imaginibus & literis clarus, adeoq; lenis, ut semp in scholis lachrymas effuderit, quoties condiscipulorum aliquis uirgis cædebatur & licet delicatissime uiueret, tamen à fortuna bonis nunquā degenerauit, nec reip. consilio suo definit. Tandem iuxta Carthaginem bello absumptus annorum xlyi.





M. CLODIVS Pupienus Maximus & DECIVS CAELIUS Balbinus uiri Consulares, hic Cæsarem, ille Catonem moribus representauit, Imperatores ex decreto senatus facti, contra furorem Maximinorum: plebs uero Maximi seueritatem experta, suffragijs suis Gordianum infantē Cæsarem dixit. Maximus homo nouus, cuius pater faber ferrarius, mater Prima noīe diſta, rei militari unice adheſit per omnes ſermē gradus dignitatū euectus eſt, qbus generis ignobilitatē ſplendore uirtutis allexit, Legatus Sarmatas cōtudit, & ad Rhēnū rem contra Germanos foeliciter geſit, ad bellum contra Maximinum miſſus. Balbinus in urbe māſit, ad populi ſeditionē cōprimēdā, quæ tum maxima fuit, Hic nobilitatē generis ex Hyſpanis traxit, familia, ſortunis & clementia Romanis cognitus, unā cum Maximino impiū adeptus eſt, nec oppreſſiſſet ſeditiōem urbanā, niſi infantem Gordianum oſtendiſſet, quo uiſo ſtatim à conſlictu ceſſatum eſt. Tantum ualeat bonorum memoria hominum, ſed emulatione inter principes orta, cauſam militibus preſtitit eos intercemendi, neq; huic clementia, neq; illi ſeueritas profuit, Imperarunt biennium.



GORDIANO III. Gordiani senioris nepoti, Maxi  
 & Balbino interemptis, summa rerum imposita est, &  
 prius Cæsar populi favore, nunc senatu approbante Augu-  
 stus est dictus, huic iuueni sententia excidit celebris ad Mi-  
 sitheum soærum dicens, Miserrū esse impatorem, apd' quē  
 uera retiaerentur, qui cum ipse publicæ ambulare nō posset  
 necesse sit ut audiat, & uel audita uel à plurimis roborata,  
 confirmet. Terræmotus sub eo maximus fuit, Persas uicit.  
 totūq; orientem Romanis consilio & uirtute Misitheï red-  
 didit. Nec quisquam in illa ætate adeo amatus est, merito  
 aui uel auūculi, ut hic Gordianus, seditio. n. populi & mi-  
 litum, quæ tū maxima fuit, se uiso, quā primū sedata est,  
 & i cōcordiā redacta, præterq; ætatē nihil ei defuit, Dolo  
 tandem Philippi Arabis soæ perijt, Gordianusq; odiū sa-  
 ctus militibus, à ix. occisus est, q omnes postea à Philippis  
 interfecti, aut suis manibus interierūt, ānos cū ipasset vi.  
 ætatis. xxij. Vxorē duxit filiam Misitheï doctissimi uiri.



IMPERA. IMAGI.




Post Gordiani interitum Senatus autoritate MARCVS q  
dam senator, uir grauis ac sapiens Imperator electus est,  
quo subitanie mortuo successor ei à patribus datus SEVE  
RVS Ostilianus Perpenna, & hoc repente incuria medi  
corum extincto, literæ à Philippo uenere, se ab exercitu im  
patores factum, Senatus homicidij ignarus confirmauit.




M. Iulius, PHILIPPVS ex Arabia, obscuris natus pa-  
renibus. patre ductore latronū, à teneris annis militiæ de-  
ditus, fortuna ita uolente, comes ordinis, statim dux, dein  
præfectus prætorio, mox impator arabica factus perfidia :  
cum Persis foedus percussit, Mesopotamiā & Arabiā hosti-  
bus relinquens, in patrio solo urbē condidit, & à suo nōie  
Philopopolim dixit. Seculares celebrauit Romæ ludos mag-  
nifico apparatu, Interim Scythæ à fide Romanorum defece-  
runt, cōtra quos præficitur MARINVS dux limitis Sarma-  
tici, & impator ab exercitu est dictus: in quem Decius mis-  
sus, Marinus militari seditione oppressus, eundem Deciū  
strictis cogerūt ensibus sumere imperium, Philippus egre-  
ferēs Veronam cum exercitu ueniens, à militibus cæsus est.  
Romæq; filius xij. annorum à prætorianis, cum impassentē  
ānis V. cuius perfidia facit, ut uix credatur fuisse Christi-  
anus.



IMPERATO. IMA.



M. Q. TRAIANVS DECIVS Impator Bubaliæ  
 urbe inferioris Pannoniæ, claris parentibus natus, ad am-  
 plissimas dignitates, uirtute ac moribus, non ambitione nec  
 emptis suffragijs, peruenit. à militibus Ilyriciâis, ut dictū  
 est, imperare coactus, & post Philippi mortem Augustus  
 à senatu dictus, cuius iussu oīa egit, Ciuiles motus in Gal-  
 lia sedauit, Decium filiū cogente senatu dixit Cæsarem, cū  
 quo contra Scythas Thraciam infestantes, mouit, circaq;  
 paludem, proditione suorum ambo occubere, senior equo  
 insidens in paludis uoraginem, ne in hostium ueniret ma-  
 nus, prosiliit, Sunt qui scribunt circa Philopopolim filium  
 sagitta ictū decessisse, patrēq; in confertissimos se hostes  
 immisisse, & ante congressum dijs immolasse ad Abrittū  
 Moesiæ urbem, inde nomen loco factum & Decij ara ap-  
 pellatur, biennio uix finito regnarunt, pater bonitate equa-  
 tus Traiano nomē eius iudicio senatus meruit, cuius boni-  
 tas multis fuisset digna laudibus, si à cruciatibus Christia-  
 norum temperasset ui xit annis quinquaginta.



C. VIBIVS TREBONIANVS Gallus patricie  
 gentis, Dux limitis Misie à Decio positus, dolo nō uirtute  
 à legione Scythica imperium nactus cum Decij consilium  
 eis prodidisset, falso persuasum senatui, eundem Augustū  
 appellauit: cū Scythis ignominiose fœdus percussit, tuncq;  
 primū Roma. populus tributa pēdere, didicit CCL. drach  
 marum aureorū, nec hoc contēti, incursiones fecerūt ī Dar  
 daniā, Thraciā, Maædoniā & Hellada, Armeniāq; amise  
 re. Asia ab eis non fuit tuta, Italiae quoq; minabatur, opa  
 tamen Emiliani ducis limitis Misie, cedere coacti sunt. Gal  
 lus cum Romā rediisset, C. Vibium Volusianum filiū Cæ  
 sare, & imperij consortem fecit, obscurūq; habuissent  
 imperium, nisi maxima generis humani clades incidisset.  
 siquidem pernitiōsa pestis undiq; graſata est per oēs or=  
 bis Partes, uixq; intra decennium finita. Imeri Emilianus  
 à militibus Imperator dictus, ad quē opprimendū Gallus &  
 filius copias duxerūt, sed uicti & à militibus cæsi apd In  
 terannem, cū imperaſſet annis ij. mens. viij anno etatis pa  
 tris xlvij.





AEMILIANVS *Maurus* generis obscurissimi, à pueritia militiam secutus, & ob uirtutem à Decio limitis Sarmatici Dux factus. Scythas iam insolentes tot latrocinandi prædis contudit, illorumq; regiones penè exhaustit: in Misiã reuersus militibus prædam diuidens, adeo gratus exercitui fuit, ut Impatorem eum creauerint, ad quem opprimendū cum Gallus, unicum filio uenisset, ambo cæsi sunt. Literas ad senatum scribens Emilianus succæsus adeo foelices, promittebat se liberaturum Thracas, Mesopotamiam & Armenias, quod antequam inciperet Alpini milites Valerianū Virum Censorium Impatorem salutant. quo nuntio accepto, qui sub Emiliano fuere, generis humilitatem perpendentes & Valeriani nobilitatem, præterea bellū ciuile, quo abstinendum non erat Emilianum interfecerunt apud Spoletum: sicq; solo Ducis capite hij omnes sedati sunt motus. Impauit Menses tres. Vixit annis quadriginta.



P. Cor. Licinius. VALERIANVS, uir Censorius, ex patre Valerio Flacco, cuius nobilitati mores responderunt sexagenario maior, à militibus Alpinis, in Rhetia & Norico agens, in Imperatorem electus, sed maximã de eo spẽ, fortuna fefellit, Captus. n. à SAPORE Persarum rege, eundem equum ascendente dorso suo sustentare coactus est, qua seruitute consenesçens, Gallieno filio summæ rerum comissa, luxui & popinæ dedito in tantam calamitatem Romanum dcuenit imperium, ut à Tyrannis non solum uexaretur, sed etiam à foeminis in Gallieni contemptum occuparetur.

VALERIANVS uero iunior alia quã Galienus matre genitus, forma conspicuus, eruditione pro ætate clarus, à fratris dissolutione seuinctus, nihil memorabile in eo fuit, nisi quod absente patre Cæsar & Augustus est dictus, qui miserabiliter cum fratre Galieno interemptus est, & circa Mediolanum sepultus.



# IMPERATORVM



LICINIUS GALLIENVS frater Valeriani aut  
ut plures uolunt filius, imperium cum patre tenuit annis  
septem, eo capto solus annis VIII. ab initio præclara ges  
sit, mox ad delitias lapsus. Caligulae ac Vitellijs simillimus,  
omnem ditionem Romanis ferme perdidit, nam à triginta  
Tyrannis uexati adeo Romanâ contuderunt rem, ut dein/  
ceps uix spes fuerit aliqua, eandem resarciendi: nouissime  
pugnans aduersus Aureolũ apud Mediolanum cum fratre  
Valeriano interfectus est quinquagenarius.


Habuit autem filium Gallicum Saloninum cognominatũ  
uel q. apud Salonas natus esset, uel à matre Salonina Pipa  
ra nomine, barbari regis filia: quam perdit dilexit is puer  
decemnalis, à Gallis interemptus

## SEQUVNTVR TYRANNI

triginta qui imperium, partim ui, partim dolo inua=  
sere, interim quo Valerianus & Gallienus remp.  
tenuerunt, seq; Cæsares & Augustos appellari  
passi sunt, Incertum q; an magis afflixerint,  
an tutati sint Remp. ne omnino per Gallienu luxum  
collaberetur.




# TYRANNORVM




CYRIADES patrem fugiēs  
maxio auri pondere, ad Per  
sas uenit, Sapor conuictus  
Ro. bellum intulerunt Cæ  
sarca capta Cæsaris nomē  
sumpsit, & à militibus Au  
gustus appellatus, & ab eis  
dem occisus est.


Cassius Labienus POST/  
HV MVS Vir Romanus  
& bellicosus, cui Saloninus  
in curā traditus à Gallicno  
Galli uero, nec Gallieni las  
ciuiam, nec filij pueritiā im  
perare passi sunt, filium in  
terfecerunt & Posthumum  
Augustum dixerūt, qui per  
septennim eis præsuit, & à  
Lolliano cæsus.




POSTHVMVS a patre Cæsar dictus & à Gallis Augustus cū patre salutatus, cū quo unā perijt, ita disertus fuit, ut eius controuersie Quintiliano dicātur insertæ



LOLLIANVS mox Augustus dictus, oppida & castra, à Germanis diruta, restituit, & cū in labore nimis esset occisus est, solusq; fuit qui obstitit, ne à Germāis Romanū inuenteretur solū.





VICTORINVS imperij cōsors cum Posthumo contra Gallienū auxilio Germanorum, sed quia libidine notatus, Agrippinæ percussus obijt, à milite actuario.



VICTORINVS iunior unacum patre interceptus est Cæsarq; fuit, q. apud Agrippinā sepulchrū habuerūt tali inscriptione, Hic duo Victorini siti sunt tyranni.




# TYRANNORVM




MARIVS faber ferrarius, q  
a plerisq; Mamorius uel Ve  
cturius dictus est, uir fortis  
& strenuus per militiae gra  
dus ad impij fastigium uenit  
in quo mansit triduo, & p  
militem occisus gladio, quē  
ipse fabricauerat.

VICTORIA uel Victorina,  
his interfectis Tetrico ad im  
perium psuasit, Quae mater  
castrorum est dicta, in cuius  
memoriā nūmi cusi sunt, diu  
durantes apud Treuiros, Te  
tricoq; imperāte occubuit.




TETRICVM seniorē Gal  
lie praesidē Victoria post in  
terfectū filiū ad ipsum iuuit,  
tanquā affinē.


TETRICVS filius à Victo  
ria Caesar appellatus unā cū  
patre in triumphum ductus  
ab Aureliano,




INGENVVS Pānonijs præfuit & à Moesiæ legionibus impator dictus, à Gallieno uictus & occisus, inq; milites grauitè secuitum est.



RÉGILLIANVS dux Ilyrici exercitus, iocante fortuna imperator factus est, & multa in Sarmatas gessit, aethoribus tamen Roxolanis (quos Moscouitas dicimus) cæsus.




AVREOLVS dux exercitus Ilyrici à militibus, in cōtemptū Gallieni, coactus est sumere impium, sed à Claudio apud pontem Aureoli, sui nominis occisus est.




MACRIANVS sumis præditus honoribus, fortis, integer & diues, capto Valeriano. cōsilio Baliste imperium defendit, cōtra Gallienū perfectus in Thraciæ finibus ab Aureolo uictus, & intæcum filio cæsus est.




# TYRANNORVM




MACRIANVS filius nobili  
matre genitus, unâ cū patre  
Augustus dictus, cum eodē  
q; a Domitiano duce Aureo  
li, cæsus occubuit.




QUIETVS, filius Macria-  
ni, cū patre & fratre impa-  
tor factus, adulescens cū Ba-  
lista præfecto per Odenatū  
interfectus est.




ODENATVS Palmyreno  
rū priæps orientale impium  
cum uxore Zenobia & filio  
iuasit compositoq; statu orie-  
tis, a cōsobrino Maëmo u-  
nacū filio profligatus est &  
& cæsus.




HERODES filius Odenati  
ex priore coniuge, cum pa-  
tre imperium sustinuit, ho-  
mo nimirum delicatissimus,  
cum patre stiam periit.




**MAEONIVS** Odenati con-  
sobrinus homo spurcissimus  
inuidia ad impiū uenit, bre-  
uiq; a militibus interfectus  
est.



**BALISTA**, uir insignis ad  
gerendam remp. de quo du-  
bium est an imperauit uel  
non, hoc constat eum, præse-  
ctum fuisse Valeriani, & cū  
Quieto interemptum,




**PISO FRUGI** a Macriano  
contra Valentem missus in  
Theßaliam concessit & sa-  
uore quorundā, impatorem  
se dixit, Theßalicusq; cog-  
nominatus: at paulo post a  
Valente occisus.




**AEMILIANVS** undecunq;  
petitus armis apud Egiptios.  
coactus est sumere imperiū  
multaq; fortiter egit, a The-  
odoro raptus & uiuus Galli-  
eno missus in carcere stran-  
gulatus est.




## TYRANNORVM




**SATVRNINVS** prudentia  
& grauitate insignis, coa-  
ctus etiam impium sumpsit  
in q; barbaros uictorijs cla-  
rus, ab ijsdem militibus, à q-  
bus creatus, occisus est.



**TREBELLIANVS** in Isau-  
ria p̄iceps factus impij, mo-  
netā suo nomie cudebat &  
imperatoris noīe expressit,  
per Causi solcum uictus &  
occisus.




**HERENNIANVS** & **TI-**  
**MOLAVS** fratres ex Zeno-  
bia & Odenato geniti, quo-  
rum nomine Zenobia impi-  
um arripuit, ab Aureliano  
dicuntur cēsi, aut secundū  
aliquos morte naturali con-  
sumpti.




**ZENOBIA** mater horū ex  
Ptolomeorum gente, in tan-  
tum enim degenerauit Gal-  
lienus, ut etiam foeminis nō  
esset pudor habere impium  
à marito Sago imperiali do-  
nata, noīe filiorū satis diu re-  
xit in oriente, ab Aureliano

uicta, in triumphū ducta est  
mirum profecto castitatis  
exemplum.



CELSVS ab Affris impera-  
tor salutatus, ea iustitia &  
corporis magnitudine, ut di-  
gnus uideretur imperio, à cō-  
sobrino Gallieni, septio die  
imperij est interfectus, cor-  
pusq; à canibus dilaniatū.



CENSORINVS uir plane  
militaris, q; p oēs ordinū dig-  
nitates euectus, cū in agro  
suo degeret senex, alteroq;  
pede claudicans à militibus  
impare coactus est sub Clau-  
dio, & septio die interiit.



# IMPERATORVM IMAGINES.



**CL. CLAVDIVS** à quibusdam Dalmata ab alijs Dardanus genere fuisse scribitur, à quo Cōstātinorū familia originē traxit, in eo Traiani uirtus, Antonini pietas, Augusti modestia, & magnorum principum dotes emicuerunt, Aureolum Tyrannum à gubernaculis reip. dimouit, post interfectum Galienū à militibus & senatu Imperator creatus. Scythas, Quados. Celtas & Herulos, qui prædæ cupiditate Romanū inuasērunt solum, fudit & cecidit, Daciā recuperauit. CCC. & XX. milia Gothorum deleuit, duo milia nauium summersit, In Alemannos, ad lacum Benacū. stragem edidit maximam, morbo demū periit Smyrne intra secundum imperij annum, nec ullam de se reliquit sobolem.



**AVRELIVS** Quintillus frater Claudij, Dux Italici  
 præsidij, merito uirtutum a senatu Cæsar Augustus est ad-  
 pellatus, qui ob temporis breuitatem, nihil memoria dignū  
 gerere potuit, XVII. enim die interemptus, uel ut quidā  
 uolunt, cum nuntium accepiſſet Aurelianiū ab exercitu im-  
 peratorem eſſe factum, uenas ſibiſi ſoluit & uoluntarie  
 diſceſſit, duos reliquit liberos.





**VAL. AVRELIANVS.** Syrmij ex Dacia familia obscuri  
 ore oriū, cuius mater sacerdos templi Solis fuerat, princeps  
 magis necessarius quā bonus, dignus certe q̄ Claudij præ  
 rogatiua remp. tunc adflitam, susciperet. In adulescentia  
 nullam fertur diem prætermisisse, qua se uarijs armorū ge  
 neribus nō exercebat, Truculentus & sanguinarius, si res  
 poscebat, fuit. Sarmatas in Illyrico una die quadraginta et  
 octo sua manu interfecit. apud Mogontiacum Tribunus le  
 gionis sextæ Gallicanæ, Francis in Galliā irruentibus forti  
 ter resistebat. Milites in tanto habuit terrore, ut sub eo ne  
 mo peccarit, nouumq; supplicij genus in militem adulterū  
 excogitarit. Marcomanni circa Placentiam, tantam æden  
 tes stragem, ut Romanum penē solueretur imperium, ab  
 eo superati sunt. Gothos trans Danubium uicit & Daceni  
 eorum interemūt, Thyanam coepit urbem & Palymiram,  
 quæ apud Syros Thadamus est dicta, Zenobiam foeminam  
 illustrē in triūphū duxit: ad Gallias profectus, Vindelicos  
 obsidiōe barbarica liberauit. Monetariorū bellū cōpescuit.  
 Deinde ad Illyricum rediēs, Persis bellum indixit, & inter  
 Heracleam & Byzantium malitia domesticorum interemp  
 tus est anno. vi. imperij, sola relicta post se filia.



Interfecto Aureliano Interregnum VI, menses fuit, dum  
prærogativam Senatus militibus, milites uero Senatui con-  
cederët, itaq; P. ANNIVS TACITVS consensu Senatus  
& militum ex senatus corpore imperator est electus. Et  
tunc primum resp. Romana suo iudicio usa est creandi im-  
peratores, Vir quidem consularis, senex, doctus & iustitia  
gravis. Togis iisdem est usus quibus priuatus, nec ullam in-  
termisit noctem, qua non aliquid scriberet uel legeret. Cor-  
nelium Tacitum hystoricum parentem suum dixit, & in  
omnibus Bibliothecis collocari, & decies quot annis exscri-  
bi iussit, ne incuria deperiret, ob temporis breuitatem nil  
magni gessit VI. enim mense interëptus est, uel ut alij uo-  
lunt febris apud Tarsum decessit.

FLORIAMVS frater ex alio tamen patre, suo iudicio impe-  
rium tanquam hereditarium inuasit, quod uix duobus tenuit  
mensibus & Tarsi occisus a militibus, aut solutis sibi  
si uenis oppetijisse dicitur, cū Probu audisset imperare.



# IMPERATORVM IMAGINES.



Aure. Vale. P R O B V S. quod nisi nomen fuisset, cognomen habere potuisset, ex ciuitate Syrmienſi Pannoniæ ortus, patre Maximo ignobili & agreste, matre uero nobilitate, Imberbis propè Valeriano uolente, Tribunatum meruit, in Aphrica fortissime Marmaridas uicit, contraq; Palmyrenos Aureliano fuit auxilio, ubi penè captus occubuisset, postea ab omni orientali exercitu, Tacito cæso, inuitus ad Imperij munus uenit. Gallias turbatas & à Germanis possessas recuperauit. Nouem reges gentium diuersarum ad pedes eius strati iacuerunt, Sarmatas & Getas, aut in deditiōem aut amicitiam recepit. ad orientem se conuertens omnia composuit Saturninumq; Tyrannum oppressit & Proculum & Bonosum apud Agrippinam Galliæ imperium cum arripuissent, superauit. Persicum bellum parans cum per Ilyricum iter faceret à militibus, quos nimium agitabat & quibus obiecit amplius nō necessarios fore milites ubi hostes decissent, per insidias interemptus est propè Syrmium anno VI, imperij.



M. AVR. CARVS. inter bonos magis quàm malos col-  
locandus princeps, nimirum multo melior fuisset, si Carinũ  
non reliquisset heredem, Genus traxit è Romano sangui-  
ne, secundum aliquos uero Narbonæ natus in Gallia. Præ-  
fectura præto. à Probo donatus, gratia militum & sena-  
tus ei etiam successit. Liberos suos Carinum & Numeria-  
num Cæsares dixit, ipse ad bellũ se parans Persicum Sar-  
matas prius contudit, Carino Gallias tuendas commisit Nũ-  
merianum secum accipiens. rebus itaq; sæliciter gestis in  
Persia, cum fines Ctesiphontis transgredi cuperet, fatali-  
ter occubuisse dicitur, fulmine ictus dum ad Tigrim fluuiũ  
castra metitur, imperij anno secundo.

H





NUMERIANVS iunior Cari filius , Cæsar, miles, poëta,  
 & orator sui temporis potentissimus . Comes patri bello  
 Persico, Quo mortuo oculis ex mœrore laborauit, dūq; le-  
 tica portatur, factiōe Apri soceri, qui impiū ambiebat, clā  
 occisus, foctore tamen cadaueris homicidium est proditum  
 Aperq; inuasus, quem Diocletianus Augustus adpellatus,  
 educto gladio, mox iugulauit.

Carinus uero cū hæc rescisset, familie homicidia, in Gallijs  
 statim imperij habenas inuasit , homo reuera sceleratissi-  
 mus, totius ubiq; iuuentutis corruptor, uxores duxit noui  
 pulsas plerisq; prægnantibus , Amicos relegauit optimos,  
 pessimos quosq; adhibuit conuiuijs . Quem adeo perditum  
 pater ut non filium ærte amouisset, Constantium snbrogare  
 cupiens, ni morte fuisset præuentus . At Diocletianum  
 cum audisset imperare, contra illū multis conflixit præli-  
 is, ultima tamen pugna apud Murtium uictus occubuit, ita  
 nā cum patre uix biennium imperarunt.



C. Aurel. Vale. DIOCLETIANVS, Dalmata ex oppido Dioclea obscuris natus parentibus, à pueritia militare coepit, dehinc successu dignitatum ab exercitu imperator creatus, imperio Ro. primus regie consuetudinis formam magis quam Romanæ libertatis inuexit, seq; primum adorari & pedes exosculari iussit, quibus etiã uenerationem adhibuit, exornans calciamenta auro, gemmis & margaritis. Et cū uideret consorte imperij opus esse Maximianũ Cæsare & Augustum, mox Constantium & Galerium Maxi. Cæsares fecit, hoc. n. tempore Cerasius in Gallijs, Achilleus apud Aegyptum, Narseus in oricme, imperatores dicti. At oēs diuerso periere exitu. Præterea tanta in gubernanda rep. concordia principum fuit, ut alter alteri nunquam repugnauerit, Diocletianusq; se Iouium, Maximianus Herculum se appellari passi sunt, & post magnificum triumphum Diocle. sapientissime considerans, difficile esse imperare apud Nycomediam impij fasces deposuit, decēq; annis priuatus uixit. cū imperasset annis xx. et atis lxxviij. ueneno hausto per formidinem obiit.





M. Aurel. Valer: MAXIMIANVS Herculi<sup>us</sup> asperi  
 & feri ingenij Caesar à Diocletiano & Augustus dictus,  
 In Gallia tumultum sedauit rusticum, deinde in Aphricam  
 se tràstulit, Gentianos deuicit, duos adoptauere Caesares,  
 Galerium Maxi. & Constantium Chloron, rebus undiq;  
 pacatis, foelicitèq; gestis uuacum Diocletiano, anno. xx.  
 imperij fasces Mediolani deposuit, tandem Massilie cap=  
 tus iussu generi Constantini strangulatus est, & ex Eu=  
 tropia Syra muliere Maxentium Tyrannum, & Faustam  
 Constantini uxorem genuit: soli profecto omnium post cō=  
 ditum imperium, qui ex tanto fastigio sponte se ad priuatā  
 contulerint uitam, Resq; nimirum monimentis Romanorū  
 incognita & memoratu digna, tantos principes se in ordi=  
 nem rede gisse, Præferrem baud immerito hos ambos prin=  
 cipes omnibus ab Augusto usq; ad imperij inclinationem,  
 si non adeo in Christianam sæuisset plebem, nec tamen q̄s=  
 quā etiam hoc stupide factum putet, cum uel tum temporis  
 fuerit hominum genus seditiosissimum, cui præsentia tēpo=  
 ra cum enormi displicebant libertate, ut Vopiscus ait.



CONSTANTIVS Chlorus, à uirente colore cognominatus, & GALERIVS Maximinus Augusti appellati à senioribus Augustis, priusquam se imperio abdicassent. Constantij pater Eutropius fuit, Romanæ gentis nobilissimus. Mater Claudia Claudij augu. nepos, qui Gallijs Hysspanijs, Italie et Aphricæ præesse deberet. Galerius uero ut Ilyricis, Græciæ & Orienti imparet, ille tam modestus, ut cunctis se amabilem exhiberet, quare ipso regnante omnes cœssauere motus. Ex Theodora Herculij priuigna sex liberos tulit: ex prima uero Helena Constantinum magnum XI. anno, ex quo Cæsar factus Eboraci in Britannia morbo absumptus est. Hic uero Galerius crudelis & sanguinarius ex gente ignobile & rustica, militia tamen præstans, prius imperij finibus ultra Ctesiphontem feliciter productis, Cæsares sibi duos adsciscit, Seuerum & Maximinum ipse in Ilyrico manens, unâ cum uxore Valeria Diocletiani filia. nec longe post sibi ipsi uim intulit uitæ.



# IMPERATORVM IMAGINES.



SEVERVS & MAXIMINVS postquam Cōstantinus Itā-  
liam & Aphricam reliquit, à Galerio ad imperij molem  
iuncti & Cæsares & Augusti dicti sunt. Seuerum Italiæ  
& Aphricæ præfecit, Maximi orienti, Interim à prætoria-  
nis MAXENTIVS Herculijs (ut dicitur) filius, non abnuc-  
te senatu, imperator factus, contra cuius factiōem Seuerus  
ueniens: at uiribus impar, fugere coactus est, Raennæq;  
captus et cæsus. Licinius à Maximino adoptatus, qua mox  
eum poenituit, in morbum incidit, & ulcere inguinibus in-  
nato, uermibus undiq; erumpentibus, perijt. uir quidem il-  
lustris rei militaris gloria, uerum sæuitia in Christianos cru-  
delis, solusq; regnauit annos duos cū alijs annos XVI. Ma-  
xentius uero ad pontem miluium à Constantino superatus,  
anno sui imperij septimo occiditur.



**M. Iul. LICINIVS** Licinianus in Dacia natus, genus suum ad Philippum referebat Augustum, parentibus tamen agricolis, extrema pueritia, militem eum fecit, belloq; Persico uirtus eius militaris contra Narsen enituit, ob hoc Seuerus mortuo à Maximino consors imperij factus Augustus adpellatus est, & Illyrijs primo, deinde orienti praesuit, homo aulice insolentiae & literis insensissimus, quas uenenū ac pestem, nec absq; iudicio fortassis, assuecrauit, contra cuius tyranni dem, & in Christianos saeuitiam Constantinus, qui tum Gallias rexit, profectus, in Pannonia eum primo uicit postmodum temptata saepius fortuna. in Asiam profligatus à militibus occisus est septuagenarius, imperij cū alijs xiiij. Vxorē habuit Constantiā Constantini magni sororem, ex qua Licinium sustulit iuniore Cæsarem à Constantino postmodum creatum.



# IMPE. IMA.



**CONSTANTINVS** Magnus, patre Constantio, Matre Helena in Britannijs natus, literis & moribus optime institutus, adulescens contra Sarmatas missus à Galerio, præter ætatem hostes profligauit, Ducemq; eorum cepit. quæ laude gliscentem fugiens inuidiam ad patrem redijt, eo mortuo Gallias, Hispanias & Cottias alpes obtinuit Cæsar, Lit teris à Senatu accersitus Italiam uenit, totusq; religioni Christianæ deditus, eius auspicio cum Maxentio conflixit Tyranno, quo in gurgitibus absorpto Licinium etiam superauit, Magniq; cognomen meruit, & **CHRISTVM** ab omnibus coli præcepit. Ex Fausta Herculijs filia quinque liberos suscepit, Constantinū, Constantē & Constantiū, Helenā & Constantiā, ex priore autem uxore Crispum. Byzantium restaurauit, suoq; nomine Constantinopolim & Neoromam appellauit, adeoq; in ea ornanda sollicitus, ut multas ornamentis & delicijs spoliauerit urbes. Senex cum pararet copias in Persas, ueneno à ministris ad id parato, perijt, & Cōstantinopoli cū genitrice sepultus, æno æta. lxxvi imperij xxxij. ferme, ex quibus tredecim solus imperauit.



**HELENA**, uxor Constantij, ex qua Constantinum Magnum sustulit, coactus autem eam repudiare. ut Theodorā priuignam Herculij duceret, tota nostræ religioni fuit dedicata & diuinis aliquando monita uisionibus, Crucem, in qua mundi salus pependit, apud Hierosolymam reperit, octogeneria diem obiit, & in templo XII. apostolorum à Constantino filio erecto, sepulchrum habuit.

Hic primum facta Diuisione  
Romani imperij, docu-  
itq; hæres in magi-  
stratibus succe-  
dere.

H s



IMPE, IMA.



CONSTANTINVS filius Constantini Magni. CRISPVS & LICINIVS iunior sororis filius, à Constantino patre cæsares dicti ante Licinij senioris cædē. Quorū Crispum Lactantius Firmianus uir eloquentissimus latinis erudit literis, Ferūt quidam eius amore captā fuisse Faustam, cuius libidinē cū rēnuisset Fausta, ad maritū denulit Crispū sibi uoluisse uim inferre, uir fidē præstitit Crispum interfici iussit. Verū aliquot post annos comperto dolo occidisse etiā uxore: uerisilicet tamē est, Crispū occubuisse insidijs Faustæ, ne peritia in militando filijs obesset, ob quā causam & Licinius iunior sublatu est. Igitur post mortē patris Constan

tino obucnere Gallie, Hyspanie, alpes Cottie & Britanie  
qua diuisione minime contentus ad Costantem fratrem legatos mi-  
sit, ut nouam faceret diuisionem, & cum nihil proficeret, ar-  
mis eum aggressus est, cumque ad Aquileiam peruenerat, fi-  
dens uiribus, incautius congre ditur, equus uulnere ictus, ses-  
sorem deiecit, incognitusque humi multis confusus est ictibus  
imperij triennio non dum finito, anno etatis XXV.



M P E. I M A G.



CONSTANS Italiam & Aphricam cum insulis & Illyrico & Græcia, mortuo patre, sortitus est. Byzantium uero & Oriens C. Constantio, ita tamen ut cum eo D A L M A T I V S Aniballiani Cōstantini fratris filius regnaret qui paulo post factione Constantij patruelis interfectus est, cum imperasset annis tribus. Constans uero cæso Constan- tino fratre, Gallias intra biennium asecutus est, inde ad delitias animum flexit, & in ægritudinem incidens moro- sus sit prouincialibus, & militibus illiberalis, quæ causa se- ditionem mouit. Magnentiusq; imperator à militibus salu- tatus, cuius insidijs Constans uenatione fessus, quadam die in tentorio interfectus est, in oppido haud longe ab Hyspa- nijs, cui Helenæ nomen erat. anno ætatis XXX. impij cū alijs xij. Interim NEPOTIANVS Augustorum sororis fi- lius Romæ à populo impator factus, qui die. xxviij. ab He- raclide senatore Magnentij fautore, obtruncatur.



CONSTANTIVS uero cui oriens æssit Arriane se-  
 ctæ deditissimus, contra Persas fortunâ experiebatur, &  
 audita Magnetijs factiõe GALLVM patruelem Cæsare  
 fecit, reliquitq; in oriente, in Tyrannum se parans, sit pug-  
 na ad Mursam, uicitq; Constantius, uicti sibiipsis uim intu-  
 lerunt. Deinde Britannion dux senex, literarum ignauissi-  
 mus, qui fauerat Magnentio apud Ilyricos ueniam assump-  
 tæ purpure impetrauit. Syluanus Gallus à militibus Gal-  
 liæ Cæsar dictus, statim Agrippinæ cæsus est. GALLVM  
 uero patruelem, qui Constantiam sororem imperatoris ha-  
 buit uxorẽ, hoicm sceleratissimũ cũ imperasset annis quatu-  
 or Antiochiæ obrũcari mandauit. Pace ubiq; sic parta to-  
 tius orbis Dominũ se scripsit, Iulianũ patruelem adoptauit  
 Gallijsq; Cæsare præfecit, qui re bene gesta ab exercitu cũ  
 impator esset salutatus, in eũ mouit exercitũ Augustus, sed  
 febricula correptus, ad radices Tauri môtis mortuus est a-  
 etatis xli. imperij. xxiiij. corpus illatum Bizantijs maiorum  
 sepulchro. Ex coniugibus, quas plurimas sortitus est, præ-  
 cipue Eusebiam dilexit, qua mortua Faustina duxit.





MAGNENTIVS uasti corporis ex Gallia oriundus, Comes ordinum fuit Augustæ, urbis Germaniæ. Constante interfecto, à militibus trucidarijs dolo imperator factus. Italian petijt, & Mediolani immoratus DECENTIVM fratrem suum cæsarem fecit, cui Gallias commisit tuendas, ipse instructo exercitu ad Mursam contra Constantinum pugnans, uictus est. & cæsa utrinque supra LIIII. milia pugnatorum, at postquam in tutum se recepisset, frustra pacis conditiones tentasset, iterum aliam pugnam expertus aufugit Lugdunum, & cum undique custodiretur, fugæque locus deesset, ameni similis, primum fratri DESYDERIO uulnera intulit, deinde quibusdam ex amicis, tandem se confodit mense imperij xlii, ætatis quinquagesimo. Decentius uero audita fratris cæde, laqueo apud Senonas, uitam finivit. Comes quoque Gerunius qui Magnentiæ factionis erat exilio multatus.



**FL. CL. IVLIANVS.** patre Constantio fratre Constantini  
 Magni, matre Basilina ſœmia nobiliſſima natus Conſtanti  
 nopoli, frater Galli cæſaris, ingenio ad literas & arma ac  
 cōmodato, adoptatus à Conſtantio in cæſarem, Gallias à  
 Germanorū incuſſionibus uiriliter defendit, & propè Ar=  
 gentoratum Galliæ urbem, totū ſermè Alamānorum per=  
 didit exercitum, regem eorum Chonodomariū cœpit, Qui  
 bus ſœliciter geſtis, à militibus ſuis & imperator & Augu=  
 ſtus eſt appellatus. Quo imperante hoſtes po, Ro. intra ſu=  
 os terminos ſe continuerunt ex cuiuſq; imperandi ordine iu=  
 ſticia è cœlo ad mortales rediſſe dicebatur, ſoli Perſæ reſta=  
 bant, contra quos mouit, quo conflictu uulnus exapit, de=  
 inde cum philoſophis ſermone habuit de animæ immorta=  
 litate, epotaq; aqua ſolutus eſt uita, anno ætatis xxxij. &  
 in agro Tharſenſi ſepultus, imperauit ſolus annum unum  
 menſes trēs ab eo quod Cæſar fuit an. vij. ſanctiſſimus ni=  
 mirum princeps, & licet Chriſtianos inſectaretur, librosq;  
 in eos ſcriberet, tamen ſanguine abſtinuit, Helenam Con=  
 ſtantiij ſororem habuit uxorem.



IMPERATO. IMA.



IOVINIANVS Varronianum Pannoniū habuit pa-  
 trem re militari clarum & comitem quandoq; ordinū. pri-  
 ma etate præceptoribus traditus, ingenio fuit ad omnes dis-  
 ciplinas prompto. hic mortuo Iuliano, statim à militibus ele-  
 ctus est princeps, deceptis similitudine nominis, quasi Iulia-  
 nus reuixisset. moxq; initio magistratus omnes uoluit mili-  
 tes fateri Christianum nomen, quod etiam unanimiter acce-  
 perunt. cum Persis pacem magis necessariam quàm hone-  
 stam pepigit Transygritanis prouincijs quinq; amissis.  
 periit octauo imperij mense, ut quidam uolunt, stomachi  
 cruditate oppido Dadastanis Bythinios à Galathis diuidēs  
 anno etatis xxxiij.



Fl. Val. VALENTINIANVS ex Pannonia Gratiani funa-  
rij filius. Niceæ imperator electus, qui statim Valentē fra-  
trem imperij consortem esse uoluit, interim PROCOPI-  
VS uir illustris Romæ purpurā induens, oppressus est. Go-  
thi Thracia expulsi, Saxones Oceani Accole Alemāniq; à  
Valentini: domiti. Treueris exacta hyeme Gallias reuisit,  
intētusq; Quadorum legatis morbū incidit & obiit, Gra-  
tiano filio prius Augusto dicto, anno impij xi. mense viij.  
d. xx. uitæ. l.v. VALENS frater Antiochiæ degens, contra  
Scytharum irruptionē pugnauit infelicitè, monachos ad  
militiam compulit, nolētes fustibus interfici iussit, ipse mag-  
na clade uictus, in fuga uulneratus equo decedit, in casulā  
deportatus, expirauit, mox igne superiecto consumptus  
est, anno impij cum fratre x. mense .v. Dignus impio, ni-  
si Arriano inquinatus fuisset delirio. Interea FIRMVS in  
Aphrica prælio uictus & captus. Valens uxorem reliquit  
Domitiā, quæ maxia ui pecunie Constantinopolim à Go-  
this liberauit. Valentinianus uxori Seueræ, ex qua Gratia-  
nū tulit, sup induxit Iustinā, ex qua liberos quatuor edidit,  
Valentinianū, Gratā, Iustā & Gallā, legemq; tulit, ut oēs  
qui uellent, impune bina haberent matrimonia. I





GRATIANVS patre Valentiniano, matre Seuera Syrmij  
 genitus, pueritiam optimis instituit tum litteris tum mori=  
 bus. Treueris agens fratrem suum Valentinianum adhuc  
 puerum, Iustina matre editum, Cæsarem et consortem im=  
 perij fecit, Deinde apud Argentariū Gallie oppidum supra  
 xxx, milia Alemanorum cecidit. Thraciam et Daciam cū  
 inuassent Gothi et Triballi, Theodosium ex Hispania,  
 in regni consortium asciuit, .Orientiq; præfecit, qui Scythi  
 cam uicit gentem, et cum rege eorum Athalarico foedus  
 percussit, Per quæ tempora Maximus in Britannia purpu=  
 ram imperij suscepit. Gratianus Alanis fidens magis quàm  
 Romanis dum incautius congreditur ætatis undetricesimo  
 interficitur, cum impcrasset cū patre annos viij. cum pa=  
 truo tres, cum Theodosio quatuor, Valentinianus frater in  
 Orientem fugiens à Theodosio humaniter excipitur, à quo  
 imperio restitutus Maximo interfectu, tandē Eugcnij tyrā=  
 ni dolis uictus laqueo se ipsum necauit apud Viennam Gal  
 liæ anno imperij viij. cum fratre et Theodosio.



THEODOSIVM, Cuius pater Honorius, mater Thermania extitit, Hispania nobis imperatorem dedit, Gratiano Augusto, ut uisum est id uolente, hic Traiano principi, à quo originem traxit, similimus fuisse scribitur. Orienti præfectus remp. gnauiter defendit. Hunnos & Gothos diuersis uicit prælijs. Cum Persis pacem pepigit Maximum Tyrannum Gratiani interfectorem apud Aquileiam extinxit, Victoremq; eius filium necauit, Eugenium & Arbogastum Alanorum præfectum imperijq; inuasores superauit non sine numinis manifesto inditio, Christianissimus enim fuit princeps & parua manu & uentis auxiliantibus uictoriam adeptus insignem. Pace parta Archadium & Honorium ex Flacilla liberos Augustos fecit, ipse Mediolani excessit, annum agens L. Corpus Constantinopolim translatum cum imperasset annos xvij. solus xi. Post Flacille mortem Gallam Valentiani maioris ex Iustina filiam duxit uxorem, quæ ei peperit Placidiam.



# IMPERATORVM IMAGINES.



ARCADIVS Orientale, HONORIVS Occidentale obtinuit imperiū, atq; huic Stilico Vandalus, illi Ruffinus à patre in curā additus, qui Alaricum Gothorum regem in arma traxit, spe potiundi regni, quæ spes punitiosum æssit in interitū. Et cū Arcadius regnasset annos paulominus xiiij. decessit, relicto filio Theodosio Cæsare, ex matre Eudoxa, cū tribus sororibus Flacilla, Martina & Pulcherria. Stilico ut filium promoueret ad regnū Vandalos & Sueuos in Honorium mouit, RADAGASVS rex eorū cecidit. Alaricus regno potitus, Romā cæpit anno salutis CCCC. XII. cal. April. Placidiam abduxit, & Autalphi tradidit, fraudes Stiliconis apertæ unacum filio Eucherio Romæ cæsus est. Gratianus in Britannia, Constantinusq; & filius Constans in Gallijs à Constantio uiro ingentis animi: sic undiq; Tyrannis extinctis Placidia remittitur, & Constantio datur, qui cæsar & consors imperij factus, Valentinianū ex ea sustulit & Honorium, quo mortuo à Theodosio in oriente suscipiuntur, impatorem aut febris inæssit, & moritur. anno impij xxxi. cū patre. ij. cū fratre xiiij, cū fratris filio xvi.



THEODOSIVS iunior VALENTINI ANVM ex Cōstā  
tio & Placidia natū cēsare fecit. Qui Romam cum matre  
ueniens Ioannē imperatorem factum statim oppressit. Gen  
sericus Vandalorum rex Carthaginē occupauit, Siciliāq;  
inuasit, contra quē Theodosius mouit, sed frustra, qā uictō  
ria pro barbaris stabat, & cum impasset annos xlviij. toti  
demq; uixisset febre solutus est, relinquens uxorem Eudo=  
xam Leonis Athenien. philosophi filiā. & Marcianum re=  
gni succēssorem. Inter hæc ATTILA Hunnorum rex toto  
septentrione potitus orbis imperio etiā inhians, utriq; ac  
rime pugnātū, & ceciderunt in campis Catalaunicis Inpra  
cc. milia fortissimorum hominū, nihilominus Etio duæ supi  
or res Romana stetit. Qui non multo post mandato impera=  
toris occisus, ipseq; imperator Romæ confossus est imperij  
& ætatis āno xxx. Eudoxa Valentiniani uxor filiāq; The  
dosij iunioris, in uiri ultionē Gensericum ex Aprica ac=  
ersuit, qui Romam ingressus Eudoxam cum duabus filijs  
abduxit, Honorīāq; sororem Valenti. Attila secū abduxit.



# I M P E . I M A ,

Sub Principe Valentiniano Tertio occidentis imperium col-  
 lapsum est penitus. Franci enim Gallias, Angli & Scoti  
 Britanniam occupauere. Vandali Aphyricam & Romam,  
 Hūni Europam depopulati sunt, Romæ aut post Valenti-  
 nianum aliquot impatores at ignobiles nec diu fuere. Quo-  
 rum primus Auitus senatorij ordinis, Maiorianus, Scueria-  
 nus, quo tempore Biorget Alanorum rex Italiam deuastās  
 à Ricimere patritio Gottho, superatur. deinde Anthemius  
 post hunc Olibius, Glycerius, Nepos, Augustulus, Post quē  
 Gotthi ad Iustinianum usq; regnum, tenuerē occidentale,  
 Factū autem est Anno ab urbe cōdita, M. CCXXIX  
 Salutis uero CCLXXV: sic regnum occidentale  
 uacauit annos ferē CCCXXX usq; ad Caro-  
 lum Magnum.

Nunc ad Imperatores Orientales,  
 uel Constantinopolitanos.



FL. VALER. MARTIANVS abiecit generis, militia ta-  
men clari, eligente Pulcheria Archadij filia imperiū post  
Theodosium in oriente senex admodū, adeptus est, Quip-  
pe expediret adhūc magis eligere quā ex hereditate me-  
reri principem. imperator factus quietum tenuit orientem  
Cum Vandalis foedus percussit, pacisq; adeo studiosus, ut  
diaret. Donec liceret tranquille uiuere, non decere princi-  
pem sumere arma. Tatianum, Iuliumq; fratres alterum Ily-  
rico, alterum Constantinopoli praefecit. Et cum paulo am-  
plius annis vi. praefuisset naturae cōcessit. Circa haec tempo-  
ra Vusigotthæ cum rege Theodorico Hispanias inuaserūt



IMPE: I M A G.



FL, Valerius I E O primus Græcanici sanguinis, conspira-  
 tione ASPARIS imperator dictus. Qui Leontem post cæ-  
 dem Ardaburij cæsaris, succēssorem esse uoluit, annumq;  
 solūmodo præsuit, Patri Zenoni suis manibus diadema im-  
 posuit, & imperare iussit. Leone xvij. annis regnante in  
 oriente ODOACER Tyrannus Romæ & in tota Italia  
 post Augustulum regnavit cum Herulorum manu annos  
 xiiij, & de urbe transferenda cōsiliū cœpit, de suoq; no-  
 mine Odoacriam appellare uoluit, & perfecisset forte, ni-  
 si Theodoricus Veronensis rex Gothorum magnis uribus  
 & longa obsidiōe, cum contudisset, quapropter mirè à Ze-  
 none diligebatur & consulari dignitate ab eo donatus.



FL. VAL. ZENON Isauricus obscuro natus sanguine, uultu deformis, moribus planè tyrannicis, a filio Leone cæsare imperator coronatus, imperauit annis xiiij. non ut Augustus sed ut Tyrannus. Theodorico Veronensi regi Ostrogothorum Italiam & urbem Romam contra Odoacris insolentiam commendauit, quem fugauit & uicit, Rauennæq; captum crudeliter excarnificari iussit. Imperator interim Syriam petens BASILISCVS à sorore Ariadna, quæ Zenonis erat uxor, regno præficitur, & M. filium cæsare fecit, Zenon rediens Basiliscum unacum filio relegauit & Lemnis fame consumpti sunt. hoc principe maximam res litteraria passa est iacturam. Constantinopolis. n. incendio flagrans centum & XX milia librorum perdidit.





Fl. Val. ANASTASIVS Dicorur a discoloribus p  
 pillorum oculis dictus, post Zenonem ex humili loco ad im  
 perij fastigium euectus. Sub hoc principe multi fuere mo  
 tus & Bulgarorum arma tunc primum audita sunt. Lau  
 dandus utiq; princeps, utpote qui undiq; pacem emerit, nisi  
 Quaternitatem in diuinis adorandam esse precepisset  
 unde aduersus fidem graue sibi odium conflauit, &  
 post LXXXVIII. uite annum, imperij  
 XXV. fulmine ictus, perijt:



Fl. Val. IUSTINVS ex Thracia utroq; parente imaginibus carens. In pueritia fortunæ tam deploratæ, ut etiã suum & bouum custos extiterit. xvi. ætatis anno ad militiã ueniens tam agilem se præbuit, ut per gradus dignitatis ascenderit, mortuo igitur Anastasio (pecuniam pro Theocritiano, ferente Amanio) imperium sibi ipsi emerit, quod administrauit cum sæliciter tum pie, Arrianosq; è regno omnino expulit, at nono imperij anno Iustinianum ex sorore nepotem instituit succësorem & paulopost obiit, huius tẽpore Theodoricus xxx. milia Gallorum uel Francorum per Ibbam comitem suum, prælio cecidit.



# IMPERATORVM IMAGINES .



**Fl. Val. IUSTINI ANVS**, nepos Iustini ex sorore, statim post suscepta imperij onora ad reparationē reip. animū intendit. p. Bellisarium uirū clariss. toto orienti iura imperij restituit. Aphricā recuperauit & Gelimerē Vādatorū & Vitigim Gothorū reges uinctos Constantinopolim misit, post hac Totilas populationibus & incendijs Italiæ infestus urbem Romā spoliavit & incendit & uacuum cultoribus pmisit. Bellisarius restaurare cupiens, bello impediabatur Gallico Narses igitur Eunuchus Italiæ præficitur, cum Gothis magno confligit prælio, Totilāq; qui ultra x. annos regnauerat interfecit, nomenq; ferme Gotthicū delcuit, Rebus bene gestis Aug. templū Zophiæ magnificentissime cōstruxit leges infinitis uoluminibus dispersas, in certū librorum ordinē redegit, quod an utilius an iniquius fecerit, nō facile iudicari. Titulis adeo gloriosus extitit, ut etiā Francicū se adpellari iusserit, q. quā foeliciter succēssisset, Theudeberti regis Francorum cōsiliū penē docuisset. Princeps morbo affectus insanus mente decessit, coronato prius Iustino ex filia nepote, cum imperasset annos xxxix. Theodoram habuit uxorem, ex qua filiam matrem Iustine sustulit.



FL. VAL. IUSTINIANVS. ij. nepos Iustiniani ex filia,  
 patre Ilyrico, auunculo adhuc uiuo imperator coronatus  
 est, à principatus initio cum Persis pacem ferijt, tributo q̃  
 annuum pendebat Romani, soluto, Narses uero Eunuchus  
 cum Italiam gubernasset annis xvi. in inuidiam Sophiæ au-  
 gustæ uenit, quam indies cum uidisset augeri, nec spes esset  
 reconciliationis, indignatus Longobardos Germanos, qui  
 Pannoniâ tunc insederant, Italiæ inuexit, anno salutis d. lxxviij.  
 quorum numerus fuit, cc. milium, eamq; tenuerunt à rege  
 Albuino annis, cciiij. usq; ad Desyderium. imperator uero  
 Deorum hominûq; contemptor in Pelagianam incidit hæ-  
 resim, amens effectus pedum dolore uitâ finiuit, cum reg-  
 nasset annis. xi. Tiberio prius in filium adoptato.





Tiberius CONSTANTINVS à Iustiniano adoptatus, imperij habenas eo adhuc uiuo suscepit, cui fœliciter res omnes in oriente succeſſerunt, pacem cum Langobardis pepigit, per quorum triginta duces Italia tum administrabatur, Fœliciſſimus nimirum fuiſſet princeps, ſi Longobardi, ut Perſæ eius dicto paruiffent. Theſauros Iuſtiniani ſecundi & Narſetis Eunuchi utcunq; congeſtos miraculoſe repperit, liberaliterq; in pauperes diſpenſauit, annis cum imperaſſet vij. Mauritium generum imperij fecit conſortem, & ex Anaſtaſia coniuge reliquit liberos.



MAVRITIVS ex Cappodocia. Notarius primum, de  
inde ob rei militaris peritiam, præfectus uigilum, mox Tibe-  
rij gener, postremo Augustus factus est. Persas imperij ini-  
tio per Legatos fudit, ex Mœsia Scythas repulit, Hūnosq;  
ex Pannonijs fugauit, Childeberto Francorum regi maxi-  
mum auri pondus misit, ut Longobardos Italia pelleret, q  
muneribus corruptus primo æssit, tandem cum eis confluit  
magnaq; suorum iactura Longobardos repressit: impera-  
tor uero thesauris inhians, stipendia rara aut ferme nulla  
dedit, facta igitur contra eum est conspiratio à Phoca duce  
Limitis Sarmatici, unâcum uxore Constantina, Theodosio  
Tiberio & Constantino liberis, quos ex filia Tiberij suscep-  
pit, Chalchedone cæsus est anno imperij xx. ætatis lxiiij,  
Hoc tempore Angli & Gothi ad fidem uersi christianâ. Et  
nomen Turcaicum tunc primum in Asia auditum est.





PHOCAS qua manu scelerata imperium nactus, tali & consimili amisit. Mauritium accusavit auariciae, cum ipse tamē postea fuerit omnium auarissimus & gratiori loco apud se habuerit, qui implebili rapacitate populos uexabant. felix nihilominus primo fuit in profligandis hostibus, at postmodum ob eius negligentiam & luxum occidentale imperium atq; orientale penē exitium sumpsit. Quippe ex omni parte reges irnebant, coq; uentum est, ut aut nomen impij deleteretur, aut Phocas occumberet, quod primum ne fieret cōspiratione Prisci Heraclonae & Heraclij praeueniunt, a quibus Constantinopoli captus imperator manibus & pedibus amputatis in mare deiectus est, totaq; stirps impurissimi principis sublata, cum imperasset annos viij. Hoc uenit in eo laudarunt Curtisani, quod Romanum pontificem, principem omnium iure declararit, cū prius Constantinopolitanus fuisset. Leontiam habuit uxorem,



HERACLIVS, filius Heraclonæ, proprator fuit Aphricæ interfecto Phocate imperator à militibus pronunctiatus, & qua die diadema imposuit regium, ea etiam Fabiam Eudociam uxorem duxit, ex qua suscepit Epiphaniam & Heraclium, qui Constantinus nouus dictus. Imperij initio se parat in Persas, quod grauissimum extabat bellum, quibus tū COSROES imperitabat, in cuius duces imperator omnes mouit vires, supraq; XXX milia hostiū cecidit qd iterum ac tertio contigit, quoad Cosroes desperatis rebus, defugit. & à Siroë filio interfectus est: sic lignū crucis, qd Hierosolymis captis abstulit, restitutum est, celebriq; dies Christianis factus in argumentū uictoriæ insignis, & pax ijs conditionibus illata, ut Limes Persici ac Romani esset imperij Tygris fluuius. Imperauit annos XXXI. Ob illitas uero nuptias, quas cum Martina fratris filia (ex qua Heraclonam sustulit) habuit, nouo genere morbi periisse legitur, distento uidelicet membro uirili, ut quoties meieret, lotio aspergeret uultum. Hoc regnante, Maomethana secta initium sumpsit.





Heraclius qui CONSTANTINVS iunior uel Nouus dictus, ab ineunte ætate sacro diademate à patre adornatus, Hic ex Gregoria filia Nicetæ patritij Constantem genuit postea imperatorem. Constantinus uero iunior à nouerca Martina primo imperij anno ueneno sublatuſ est. Que cum HERACLONA annis decem nato imperium inuaſit, at conſpiratione Senatus biennio nondum finito capti & in exilium miſſi, Martine linguam præcidit ne oratione qua plurimum ualebat, populos commoueret, puero abſciderunt naſum, ne decor aut gratia in uultu miſerationem facerent, & mox Conſtantiem Senatus eligit, abſq; militum conſenſu quod raro admodum uſuuenit.



CONSTANS qui & Constantinus Tertius dictus à quibusdam dicitur, ex Gregoria filia Nicetæ & Constantino iuniore procreatus, multum dilectus ab Heraclio, ideo magnis ab eo donatus honoribus. Imperium sine militum suffragijs nactus, hæresim Monothelitarum incidit: Sarraënis classe congressus uictus aufugit, impetratisq; induitijs Italiam petijt ut à Longobardis liberaret, filio Constantino domi relicto, cum quibus infœliciter congressus fusus fugatusq; Romam se contulit. ubi, quicquid erat magnifici ex ueterum monumentis abstulit, plusq; ornamentorum paucis diebus urbi detraxit, quàm Barbari per tot annos. Deinde in Siciliam traisciens cum sextum ibi annum ageret & amare & crudeliter exigeret tributum, in balneis à suis necatur, postquam annos XXVII, imperasset.



IMPE. IMA.



CONSTANTINVS IIII .natu maximus imperium Byzantij patre absente administravit, morte cuius audita, in Sicilia uenit, & Mizixiū (uel ut alij uolunt) Mezentiū Tyrannum paternæ cedis auctorē ultus est: & quia inde barbarus redijt, Pogonati cognomen meruit. Deinde Sarracénorum uires & terra & mari foeliciter satis maximisq; fregit laboribus, tributūq; imposuit eis annum. Quies tū fuisset præclara, nisi Bulgaris Mysia ad inhabitandum, inhonestā quidem pacē, concessa fuisset. Postquam autem impellerasset annos xvij. ē palatio præcipitatus occubuit, Iustinianum filium relinquens heredem cum fratribus minoribus, Heraclio & Tiberio, nares amputasset, ne ad imperium aspirarent. Hoc principe VI. synodus celebrata est contra Monothelitas, Græcisq; tantum sacerdotibus uxores ducere permissum est.



IUSTINIANVS. II. quem nonnulli Iustinū Quarta-  
tum ponunt, uir certe uariis & impiis regnum adeptus ad  
uersus sextam patris synodum, aliam indixit omnibus uel  
bonis reclamantibus. Aphricam ex Sarracenorum manibus  
liberauit, contra fœdera in Bulgaros & Arabos mouit, at  
infœliciter. Quare Leontij patricij consilio regno deturba-  
tur, abscissisq; naribus exul in Pontum relegatur. Qui ad  
regem Bulgarorum lapsus, post sextum deinde annum unā  
cum Tiberio filio restituitur, & imperij anno decimo à Phi-  
lippico pulsus, uitam & imperium amisit. In quo Heraclij  
defecit progenies, quæ imperium tenuit continuum annis  
LXXXVII. De hoc Iustiniano scuitie exemplū scri-  
bitur, Quoties truncas emungeret nares, toties unum ex  
Leontij fautoribus ad supplicium rapi iusserat.





LEONTIVS aut LEO secundus patritius fuit Con-  
stantinopolitanus, qui unacū Gallinico patriarcha in Iusti-  
anum, ut male ex contra foedera imperantem, conspirarūt  
regnoq; expulerunt, ut auditum est, mansit autem Leonti-  
us in imperio annis tribus, mox uero à TIBERIO Ab-  
simaro, uiro Constantinopolitano, Aphricæ præfecto, cap-  
tus, naribusq; truncatis carære detentus est. Reuerso tan-  
dem Iustiniano unacū Tiberio trucidatur. Hic Philippici  
auxilio classisq; Cretensis, ad imperium peruenit, & in co-  
mansit annis ferme septem.



PHILIPICVS Bardanes cognomento, decreta sextæ synodi infregit ut gratificaretur monacho, qui imperatorum illum prædixerat, cū aliquādo caput aglæ dormientis obumbrasse audierat, ob quam causam uel Chersonam relegatus à Tiberio. Huic principi multum loquentiæ, parum autem sapientiæ fuisse tradunt. Qui cum sanctorum imagines è templis proiecerit, hac temeritate Anastasium motum ferunt ut oculis cum priuaret, & regno expelleret cum id tenuisset annum unum & sex menses.



I M P E . I M A G .



ANASTASIVS. II. cognomento Arthemius. classē  
in Alexandriam aduersus Arabas instruxit. Classarij uero  
odio ducti in imperatorem, reuersi sunt, Constantinopolim  
q; cæperunt, & Theodosiū imperio præesse compulerūt.  
Anastasium uero monasterio includunt (dignū reuera poe  
nitentie carcerem) cum imperasset annū & tres menses.  
Theodosius interim Atramytenus, uir Constantinopolita  
nus ignobilis, at pius & candidus, imperium coactus sump  
sit, imagines templis restituit, & cum biennium imperasset  
pertesus belli ciuilis, quod contra Leonem gessit, cœnobii  
ingressus similiter monachum egit, per reliquū uitæ tēpus.




LEO. III. Isaurus, obscurissimi generis, qui aliquando apud suos sedentariam exercuit. Imperavit autem unicum filio Constantino annos xxiiij. Impius hic ærte scribitur fuisse princeps & in deum & in eius imagines, eas. n. quotquot cõgerere potuit, igne cõbussit, & Stephanũ põtificẽ renitentẽ cõprehendi ac necari iussit. Ideo tota ab eo descivit Italia, materiãq; præbuit, ut Romani pontifices ad Francos reges respicerent, Hoc principe Constantinopolis trienniali obsidione terra mariq; à Sarraënis grauitèr defatigata est. Fames pestisq; maxima in urbe fuit. Terræmotus ingens Thraciam concussit, muriq; Byzantijs magna ex parte collapsi sunt. Hoc etiam tempore Sarraëni Aquitaniam occupauere, at à Francis pulsì, supra CCCLXXV. milia interfecti sunt,





CONSTANTI NVS filius tam impio succēssit patri, & quia infans sacram lympham uentris solutione polluerat cognomento Copronymi insignitus est, proles nimirū haud degenerans ab impietate & sceleribus paternis. Magicæ artis ad insaniam fuit deditissimus. ARTABASDV M ab orthodoxis imperatorem creatum post biennium, captum oculis & liberis priuauit, periit ipse Elephanie morbo cū imperasset annos cum patre xxxiiij. Quem secutus LEO IIII. filius impietatis paternæ heres, Hic unam omnino in Syriam expeditionem fecit, unde repulsus domum rediens febri decessit, quam subsequutam narrant ex sacrilegio perpetrato (abstulit, n. è templo Diadema regium à Mauri- tio olim principe Deo dicatum) regnavit annum uix inter- grum, reliquit ex Irene contuge probitate & forma insigni sœmina, Constantinum filium.



CONSTANTINVS Leonis IIII. filius nomen imperatoris sumpsit, at Irenes matris ope totum administratum est regnum. Septima tum synodus Niceæ indicta & templis restituta imagines. Verum filius cum adoleuisset, matrem imperare haud passus, at mox ciuium fauore restituta, annos tres sola imperio præfuit, filius uero in carcerem coniectus, oculis effossis, breui extinctus est, ipsaq; non multo post à Nicæphoro pulsa in Lesbum relegatur. cum antea cum filio imperasset annis decem. Huius tempore inuentam scribunt laminam æneā in arca lapidea; his uerbis, CHRISTVS Nascetur ex uirgine in cum credo, & Constantini & Irenes imperio, O sol iterum me uidebis, Huic Constantino desponsata fuit filia Caroli Magni, quam repudiare coactus à matre, MARIA M puellā ex Armenia duxit.



# IMPE, IMA.



NICEPHORVS imperium occupauit orientale, pacemq; cum Carolo Magno (qui à Leone pontificæ danatus imperij diademate) ab Irene prius præscriptam, seruauit, hoc uidelicet pacto, ut Apuliam, Calabriam, cum Sicilia sibi haberet illi concessa reliqua Italia, & ut Veneti suo uiuerent iure. Princeps hic auarissimus cum Bulgaris infelicitè congressus, unâ cum exercitu ad internitionem occiditur anno imperij .IX. STAVRATIO filio prius in consortem imperij assumpto, qui eodem bello saucius redijt Constantinopolim & tertio mense, postquam imperare cœperat, ab sororio Michaële Curopalate, deiectus est, & monasterio inclusus.



**MICHAEL** Curoplates Rangabe cognomento Procopiam sororem Stauratij in uxorem habuit. Qui statim inito imperio, cum Carolo convenit ut ille occidentem, sibi uero retineret orientem: Hic in Bulgaros primum uictor, tandem apud Hadranopolim fusus & fugatus cum Leonem Armenium imperare audisset in coenobium se contulit & monachum egit, postquam imperavit biennium.

„ His fortunæ uicibus ab alijs, ad alios transferuntur imperia, opes, gloria, uoluptas & quicquid est commodorum aut incommodorum, Adco reuera nihil est in rebus humanis perpetuum aut stabile, & ut Euripides ait. Eiusmodi mortalium sunt res, ut in eodem nihil duret statu.

*Sequuntur Imperatores occidentales.*





CAROLVS ex Pipino rege Gallie & Bertha filia Hera-  
clij Byzantini imperatoris genitus, à Leone ponti. Ro. pri-  
mus imperator ob egregia in Christianum nomen merita;  
factus est anno. sal. nostre DCCC. Sub regnū initia Italiā  
ingressus. Longobardos Francis, capto rege Desyderio, su-  
begit, Saxones triennali bello uicit & uera pietate instituit  
Sarracenos ex Hispania propellit. Sclauos, Danos & Bo-  
ianos in ditionem suam reddgit. Hunnicum confecit bellū.  
Vnde illi post ingentia facinora MAGNI cognomen datū,  
Vndiq; sic parta pacē, in Gallias redit, filioq; Ludouico con-  
sorte imperij declarato, moritur Aquisgrani V. cal. Febru.  
anno etatis, lxxi. imperij Ro. xiiij. Salutis DCCCXV.  
Hic nulli superiorū principibus, pietate, clemētia, humanita-  
te, uirtute bellica, pacis studio, literarū demq; eruditōe, un-  
quā cesserit. Habuit uxores plures Leutbergā Desyderij re-  
gis filiam quā dimisit Fastradanā & Hildegardam ex gente  
Sueuorum nobilissimam ex qua Carolus, Pipinus & Ludo-  
uicus, & totidem foeminae, Cotrudis, Bertha & Gisla.



LVDOVICVS Caroli filius, cui clementia, & religionis  
 studium Pietatis cognomentum attribuit. Hic audita patris  
 morte Aquisgranum uenit. Leonis græci imperaritos lega-  
 tionē audiuit, sœdusq; cum eo renouauit BERNARDVM  
 Pipini nepotem Italiæ regem affectantem imperium secu-  
 ri percussit. Britones & Bulgaros pacis turbatores com-  
 pressit. Quatuor suscepit liberos Lotharium Italiæ, Pipi-  
 num Aquitanie, Ludouicum Bauariæ, Carolum Caluum  
 ex Iudith uxore Franciæ Burgundiæq; reges coostituuit, à q-  
 bus tamen postea Sueffione ad S. Medardum in carcere de-  
 tentus est piissimus pater ab ingratissimis filiis, at post annum  
 pristina restitutus dignitati, Maguntie decessit, anno impe-  
 rij. xxvij. cum uixisset lxiij. Corpus Metensis tulit ciuitas,  
 & in templum Arnulphi maxima condiderunt ueneratiōe;





**LOTHARIUS** maior natus ex filiis Ludouici, dimicatione inter fratres suborta, sibi imperium assumpsit. Carolus Gallia, Ludouico Germania obuenerit, quæ concordia fratrum non diu mansit. Nam infestis concurrere armis ad Fontanetum Altissiodorensis agri uicum, quo conflictu tanta cedes utrinque est facta, ut à uicto non longe dissimilis uictor esse putaretur, superior tamen Caroli exercitus stetit & pax iterum facta hijs conditionibus, ut Lotharius imperij titulo cum Italia & Narbonensi Gallia frueretur. Ludouicus Germaniam haberet. Carolus Francis ad Oceanum præisset, additaque Lothario Austrasia, quæ nunc Lothoringia est, atque suo nomine sic appellatam quidam uolunt. Reliquit post se tres liberos Ludouicum, Carolum & Lotharium. Ductus rerum aduersarum poenitudine, monasticam uitam in Prumiæ monasterio secutus est, adscito prius Ludouico in regnum con sortium anno imperij XV.



LVDOVICVS II. Lotharij filius rex Italiae, patre  
adhuc uiuo Romam profectus à Sergio Pontifice coronā  
tur, reuersus cum Carolo Caluo patruo ob Austrasie re  
gnum hostiliter dissiderūt. Tandem rebus compositis mo  
ritur Mediolani, cum imperasset annos xxi. superstibus  
liberis Carolo et Ludouico qui Francis Germanisq; præ  
fuere.

L





CAROLVS CALVVS Ludouici pij filius, rex Gallie, humanus princeps, at supra modū ambitiosus, hic ante acceptum imperium cum Britonibus & Nortmānis uaria dimicauit fortuna, mox Romam accersitus Sarracenis urbe expulit. Audita posthac Ludouici nepotis morte, Italiam celeripetijt comitatu, & à Ioanne Pontifice diadema sumpsit imperatorium, anno salu. DCCCLXX. reuersusq; in Gallias, in itinere uxoris fratrem Italie præponit. Breui uero Italiā repetens, armatos contra se offendit Impe. Ludouici filios, cū quib. confligit apud Veronā, et in fugam profligatus, Mantuā se recepit, ubi curis confectus, non sine ueneni suspitione, dati à Sedechia Hebræo, obiit āno imperij. VI. Corpus Vercellis exenteratū, post annum septimum, ad S. Dyonisium perlatum est, relicto post se hærede Ludouico, cū ex Hermintrude uxore quatuor sustulisset.



LUDOVICVM BALBVM huius nominis tertium, alij Caroli Calui, alij Ludouici Germanorū regis filium fuisse uolunt, constantior tamē fama est, Calui fuisse. Huic Ioānes. VIII. Pontifex Romanus imperij titulum seruauit (cum Ludouici Germanorum regis filios pro imperij corona extrema tentare percepisset) inq; Galliam descendit, & Tricaßibus coacto concilio Ludouicum coronauit, at princeps uoletudinarius obtinuit id uix bienniu, & Treucis moritur, anno salutis. DCCCLXXX. Carolo Simplice Franciæ rege, & Carlomāno patre Arnulphi relictis liberis.



# IMPERATORVM IMAGINES.



CAROLVS CRASSVS. Ludouici Germanorum regis filius imperij diadema à Ioāne VIII. Pontif. Ro. suscepit (quod uix ulli Pontificum contigit intra quatuor annos triū Imperatorum coronatione esse insignē.) Hic Nortmānos Gallias assidue infestantes memorabili apud Carnutes uicit praelio, & Robertum ducē eorū ex sacro leuauit fonte, data illi in uxorem filia cum parte Galliarū. Sunt tamen qui hoc tribuant Carolo Simplici Francorū regi. Imperatori uero cum mente laberetur, & inutilis esset imperio, surrogatur Arnulphus, sic post decēnium ex quo imperare coepit, moritur, & Augē monasterio sepelitur.



ARNVLPHVS Carlomanni filius Nortmannos iterum tumultuantes ingenti superauit clade, captusq; prædæ dulcedine, templa spoliauit, & cum xij. præfuisset annis, pediculi morbo consumitur. In hoc imperij maiestas defecit ad Germanos, quæ per annos centum ferme apud Gallos indurauit. Quo mortuo principe Italia BERENGARIVM Forouiliensem ex genere Longobardorum, Imperatorem esse uoluit. Galli uero & Germani LVDOVICVM Arnulphi filium successorem creauerunt, qui annis præfuit sex, cui CONRADVS Austriæ dux surrogatus, & regnauit annis. vii. successorẽ quem meruit HENRICVM Aucuparium Othonis ducis Saxonie filium annis. xviij. Quæ regnandi libido factiones perniciosissimas aluit annis ferme. lx. ab Arnulphi interitu usque ad Othonem primum.



IMPE. IMAGINES.



Itali sanè uexati aſtidiſ barbarorũ incurſionibus ius an-  
tiquum & ueterem imperij gloriã amittere nolentes,  
BERENGARIVM Forouilienſem ingenio & re bel-  
lica potentem, Imperatorem dixerunt. Qui ad Vcronam  
Ludouicum Arnulphi filiũ uicit, captumq; luminibus pri-  
uauit. Pannonios pecunia Italia expulit. Guidonem Spole-  
tinum ducem interemit, & cum præſuiſſet annis quatuor  
ſucceſſit ei BERENGARIVS ſecundus, qui poſt  
tertium annum à RVDOLFO Burgundo rege, ipſe  
que Rudolfus poſtquam annis tribus regnaſſet, etiam ab  
HVGONE duce Arelatenſi pulſus. Hic quoque rerum  
potitur annis .x. et moritur, relicto filio Lothario qui mox  
biennio finito deceſſit. Poſt quem BERENGARIVS  
tertius in Italiam accerſitus unacum filio Adalberto an-  
nis .xi. Italiæ regnum adminiſtrauit, qui cum Tyrannum  
uerius quàm principẽ egiſſet, à Ro. Otho Saxo euocatus,  
patrem cum filio Italia expulit.



**OTHO**, Henrici regis prædicti filius, Berengario III. super-  
 biente, à Romanis, annuente Agapito, ponti in Italiam  
 accersitus, cum .L. milibus armatorum uenit Berengariū  
 cum filio Italia deiecit, donata tamē eis ex liberalitate par-  
 te Gallie Cysalpine trans Padum, post quæ inuisens patri-  
 am, iterum res nouas molientem Berengarium repetijt,  
 & prælio utrunq; uicit, alterum in Austriam, alterum Cō-  
 stantinopolim relegans. Ioannem pontifi. offitio infamem  
 deiecit, suffecto Leone, Boeslaum Boemie regem, qui fra-  
 trem interemit, regno depellit, Pannoniosq; Italiam deua-  
 stantes, aliquot prælijs afflixit, quo conflictu tres Reguli a  
 Germanis capti, inuito imperatore suspensi sunt. Tandem  
 & ipse uita decessit, cum imperasset annos ultra triginta  
 sepultusq; Magdenburgi Saxonie urbe, Vir quidem pru-  
 dens in administrando, strenuus re bellica, uerēq; pieta-  
 tis assertor.





OTHO II. ex Othone patre & Adelheida coniuge o-  
 lum Lotharij regis, imperij diademate patre adhuc super-  
 stite cinctus. Adulescens Nicephorum Constantinopolita-  
 num, regno pulsum, restituit, accepta in matrimonium The-  
 ophania, eiusdem sorore, deinde Henricum Bauariæ du-  
 cem domuit, contraq; Lotharium regem Francorū, qui  
 Lothoringiam uēdicauit, arma mouit, deuastratisq; agris  
 dum reuertitur ad Isaram fluiuium atrocissime utriq; est  
 pugnatum. Mox audita fama Sarracenos Calabriā repeti-  
 issē aduolat, at infœliciter cōgressus superatur, uixq; sca-  
 pha elapsus Romam tandem uenit, et Beneuentum (ut de-  
 fertores) incendit. Haud multo post Romæ moritur, & in  
 basilica diui Petri sepelitur, anno imperij. xi. relictis post  
 se liberis Othone filio, & tribus filiabus.



OTHO III. secundus filius à principibus Germanis Romæ Imperator salutatus, qui statim diademate suscepto Brunonem Saxonem Pontif. Romanum dixit Gregorium Quintum nuncupatum. Sed cum Saxoniam peteret Imperator, Gregorius à Ioanne adulterino Pontif. expellitur. Otho irarum plenus, maximis copiis Italiam ingreditur, et Romam coëpit. Crescentium dissidij authorem interfici curauit. Ioannes luminibus priuatur Gregorius restituitur, qui sanctionem tulit, quæ in hunc usque diem seruatur, ut sex principes Germaniæ, tres sacri, totidemq; prophani Imperatorem deligant, addantq; septimum Boemiæ regem, qui discordiam tollat, si qua oriatur. Hic cum imperasset annis. xix. Romæ moritur, non sine ueneni suspitione, relatusq; loculo in Germaniam. Vxorem habuit Mariam filiam regis Arragonum, sceminam, ut scribunt, intemperantem.





**HENRICVS** Dux Bauariae, Othonis primi ex fratre  
nepos, primus Germanorum, qui procerum selectu impe-  
rium adiuit, quo inito Stephano regi Pannoniae ad fidem  
Christi persuasit & sororem suam in coniugem dedit: cō-  
tra Sarracenos deinde mouens, Troia nouo munimento  
Calabriae expulit: posthac religioni magis quam bello in-  
herens, Cunigundam uxorem unice obseruauit, cum qua  
sancte & innocenter perpetuo uixisse dicitur, & adeo,  
ut post mortem uitae sanctitatem prodigijs etiam manife-  
stauerint. Templum Bambergense ditauit, in quo una-  
cum uxore sepelitur, postquam imperasset annos VIII,



CONRADVS Francus ex filia Ottonis primi nepos,  
dissidentibus proceribus interregnum fuit: & post trien=  
nium eligitur, sub quo Italia cisalpina defecit, quam maxi=  
mis copijs ingressus Mediolanum obsidet, at uirtute ducis  
Hilteprandi, admonitioneq; Colonien. Episcopi a direp=  
tione cessatum est. In Sclauos deinde ac Pannonas, qui re=  
bellantem Italiã adiuuerant, foeliciter pugnauit, Burgun=  
diam imperio subegit: cui uirtute bellica & consilio prae=  
fuit annis xv, & cum in humanis esse desijt, Spirensi tem=  
plo reconditur.

Vxorem habuit Gislam filiã principis Vandalie de Vuar=  
le, ex qua suscepit Henricum secundum, quem ante obitu  
regem declarauit.





**HENRICVS II.** Conradi Franci filius, hic cum imperij coronam accepiſet principum conſenſu Vdalricū Bohemiæ regem Tributarium fecit. Petrum ab Hungaris cicſtum regno reſtituit. Hoc principe maxima Romæ circa Pontifices erat diſſenſio Gregorij, Silueſtri, & Benedi-  
cti, quos ut adulterinos depoſuit Imperator, et Sindigerū Bambergensem Episcopum in locum dedit, quem Clemen-  
tem ſecundū appellauit, Romanosq; iureiurando adegit,  
ut in poſterum à Pontificum electionibus abſtinerent, de  
inde Capuam nouo præſidio firmās, in Germaniā redijt.  
xviij. imperij anno moritur, & Spira ſepelitur. Vxor ē ha-  
buit Agnetem Guilielmi Aquitaniæ principis filiam.



HENRICVS III. secundi filius, is quia diris Pontificijs se obiecerat, à scriptoribus Ecclesie hostis, impius, omniūq; scelestissimus iudicatus est. Quid si scelera Pontificum, quæ patre uiuente, commissa sunt, aut etiam imposturas et fraudes Gregorij bonus ille Imperator respexit? at odiosum quicquā de hac re meminisse. Nisi enim matrem Agnetem à gubernaculis rerum amouisset in exilium, dicerem haud dubie principem fuisse candidū, prudentem, uirtuteq; bellica nemini inferiorem. Quippe qui collatis signis bis & sexagies cum hoste conflixerat. Inualuere nihilominus fulmina Pontificia, causamq; dederunt filio inuadendi patrem, quem etiam coepit, et Leodij detentum in carcere perijisse ferūt, post annum. xlvij. imperij. Corpus loco sacro conditum, iussu Pontificis (proh rem infandam) eijcitur, et post reconciliationē Spiræ tandem inferitur maiorum monumentis.





HENRICVS IIII, Tertij filius, animum patris secutus maxime in Pontificum tyrannidem, nempe Paschalis pontifex prohibere hunc uoluit ab urbis ingressu, sed adulescens tanti fastus (utpote qui se seruū seruorū meminisse deberet,) impatiens pontificem in potestatem redigit et coronam extorsit, tumq; inhumaniter satis in clerum Romanum seuitum est, quo facto in Germaniam rediens Imperator, Pontifex uero mox indicto concilio omnia irrita denuntiavit, Quæ perfidia iterum Henricum in Italiam exciuit, & à præfule Bracharensi corona redimitur, Tertio postea Italiam intrans, Gelasium pontificem urbe pel-  
lit, mira impostura hominum principem terrarum illum impelli ut inauguratione Romani Episcopi pendere debeat his gestis Germaniam repetijt, & postquam annis XV, regnasset, Spira sepelitur inter maiores,



LOTHARIUS II, quem nonnulli Luderum appellat, Dux Saxonum fuit, originem trahens ex comitibus de Quoruorde, hic calliditate Episcopi Maguntini, recusantibus Suevis & Francis molem, ad imperij fastigium euectus est, Primamq; expeditionem aduersum Bohemos tentauit, at res inconsulte cepta, plurimos ex suis amisit, & pax utrinq; desiderata, utrinq; etiam accepta est, Deinde anno regni septimo Innocentius secundus a Petro pseudopontifice in Galliam pulsus, ad quem restituendum Imperator accurrit, pseudopontificem unacum Rogerio Nortmanno Apulia expulit, His rebus compositis peste in itinere correptus obiit, cadauer exenteratum Saxonie infertur & in monasterio sui nominis reconditur, cum regnasset annis XI,



IMPE. IMAGINES.



CONRADVS II. Bauariæ dux, Henrici quarti ne-  
pos ex filia, imperium consensu principum nactus, expe-  
ditionem omnium grauissimam tentauit, Asiaticam scili-  
cēt contra Sarracenos, quam prius tamen parasse uolunt  
Ludouicum Gallorum & Ricardum Anglorum reges,  
traiecto nanque Bosphoro Thracio immature, obsidione  
Iconij soluere coacti sunt, req; infecta discessum maximo  
regum dedecore. Conradus reuersus in Germaniam, in-  
glorius obiit, anno imperij. xv. & Bambergensi sepul-  
chro infertur.



FRIDERICVS cognomento cenobarbus, à colore  
barbaruffe, genere Sueuus, patre Friderico, qui frater  
Conradi regis fuit, natus. Huic præter uirtutes corporis,  
ingens accessit animus, disciplina militaris, prudentia ad  
quæcunque subeunda pericula, peritia rerum et summa  
foelicitas. In Italiam descendens, Derthonam capit, quam  
postea euertit, ab Hadriano inauguratur, & redeundo  
Cremonam obsidet, interim Alexander fit Pōtifex, in quē  
apertas, ex causis, sumpsit similtates, et insectatur. Octa  
uium in locum eius creando Pontificem. Mediolanum  
solo æquat. Tertio & quarto Italiam intrans, Alexandrū  
ex urbe fugat. Infœliciter tandem Mediolanenses aggres  
sus, uix fuga elapsus est. Simultasq; Imperatoris & Ponti  
ficis deponitur, & fiunt amicissimi. Ipse Syriacæ intentus  
expeditioni, in amnis transitu merfus, perijsse dicitur, an  
no imperij. xxxvij.





**HENRICVS V.** Friderici Barbarossæ filius, rex pri-  
us Siciliae, data illi Constantia uirgine sacra Rogerij Nort-  
manni filia in uxorem, patre mortuo a Clemente tertio im-  
perator dicitur: ut in eius fauorem Tancredum Spurium  
e Siciliae regno pelleret, quod ad se pontifex pertinere ar-  
bitratur, idq; breuic fecit, nam Tancredum expugnat,  
Neapolim capit ac diripit, duasq; Tancredi filias innup-  
tas interficit. Sunt tamen qui scribant pestem ab incepto  
hominem auertisse & Tancredo mortuo potitum fuisse re-  
gno. Imperator egrotans moritur, postquam annis impe-  
rasset octo, relicto filio Friderico ex Constantia.



PHILIPPVS Friderici Barbarosse filius, Henrici regis frater, maiore principum parte uolente Imperatorem electus, at Pontifex Innocentius .III. Ottonem Saxonem, cuius maiores pontificiam dignitatem tutati olim sunt, eligit, quâ discordia ad arma uentum est. Othoni Anglorum Philippo Gallorum rex suppetias tulit, profligatoq; sepius Othone, rerum tandem potitur Philippus, indignante etiam pontifice tam Christiano, cuius officium magis fuisset tollere seditionem, quàm totis uiribus conari, ne perpetua procerum electio foret tam unanimis et tranquilla. Deinde postq̃ Philippus in nonum regnasset annum à Comite Palatino Ottonc de Vuittelspach, (credo factum id sibi fuisse nomē) misere occiditur Bambergæ, Ottoq; .III. huius nominis surrogatur et qui àtea à Romano Episcopo adamat, modo indignationi subijcitur, sacris interdicitur, imperij titulus priuatur, suscepto in locū Friderico secundo, tandem in Saxonia moritur anno imperij quarto.





FRIDERICVS II, patre Henrico V, & Constantia  
matre genitus, adulescentiam egit admodum lasciuam, qua  
imbutus imperator nec facile destitit, nempe qui concubi-  
nas & scorta aleret: ceterum auo suo Barbarosse haud  
dissimilis, tum ambitione rei militaris tum prudentia &  
consilio, quibus omnia pericula uicit, Matre Constantia  
mortua tres Romanos insectatur pontifices, Italiam o-  
mnem in factiones Guelphorum & Gibellinorum scidit,  
Quæ nomina utiq; perniciosissima Italiæ duos pontifices  
ad mortem usq; exercuere, Præterea de Syria uēdianda  
sollicitus, at rebus infectis breui redire cogitur, Mediola-  
nenses, ut qui pontifici fauebant, prælio uicit, a pontifice  
regno abdicatur, diris persequitur, Henricus Lantgrau  
us Thuringiæ surrogatur, Quæ omnia haud magni æsti-  
mans Caesar, regnum Siciliæ occupat ubi morbo correptus,  
Manfredi filij nothi dolo necatur, cū annis præfuisset  
XXII, Vxorem habuit filiam regis Hierosolomitani ex  
qua titulus regni perpetuo apud posteros manet.



RVDOLPHVS à Friderici morte anno xviij (tot enim Interregni spacium tum fuit,) Imperator eligitur, Qui Othocarum Boëmiæ regem occidit, PseudoFridericum qui se in Sueuis crexerat, cõbussit. Ethruriæ oppida præfecti uirtute, ui expugnauit, cum imperatam pecuniã soluere recusauerant, & cum xviij, annis rebus præfuisset, Siræ sepelitur, cui successit Adolphus Comes de Nassou, legitimo consensu procerum, at pertæsi tandem sordes et ambitionem Adolphi, Albertum Austriæ ducem surrogant: contra quem Adolphus uires expertus in agro Nemetensi occubuisse dicitur cum annis octo imperasset.

M iij



IMPE. IMAGINES.



**ALBERTVS** Rudolphi Caesaris filius, principum suffragio & Bonifacii pontificis assensu corona imperij donatur, quod eo libentius pontificem fecisse ferunt, ut odium in Philippum Gallorum regem ostentaret. In quem igitur copias parans Caesar, à Ioanne fratris filio in Rheni transitu interficitur post .x. imperij annum. Quem adolescentem egregie uirtutis Rex omnino negligere uidebatur, nec ulla ditione eum honorandum putauit. Cesare sic interfecto, **HENRICVS .VI.** Lucenburgensis Comes successit, cui pontifex ideo ratum fecit imperium, ut Italiam primo tempore peteret, quæ uarijs tum agitabatur tumultibus, ueniens igitur Turrianam factionem oppressit Mediolani Romam intrans post diadema acceptum, ab Vrsinis expulsus, cum Florentinos bello urgeret, ueneno in eucharistia dato, opera Dominici fratris, è medio sublatus est, anno regni quinto.



LVDOLVICVS Bauarie & FRIDERICVS Austriae Dux ambo discordia principum Imperatores electi, qui uaria fortuna annis octo inter se decertarunt. Tandem Austrio occiso Bauarus uictor, solus rerum potitur, Italiam cum exercitu bis intrauit. Hunc Italici scriptores omnino temerarium fuisse uolunt, ut qui absq; consensu Pontificis se Imperatorem scripserit. Qua etiam iniuria offensi tres ex ordine Pontifices, regem a sacris prohibent, ac talia hominum commenta haud magnificiens, Romam nihilominus omnibus inuitis intrat, & à Stephano Columnio coronatur. Petrum Corbarium creat Pontificem & oppidis iuris pontificij alios dedit praefectos. Tandem imperij anno, xxxij. Imperator ille uere magnanimus obiit.





CAROLVS IIII. Bohæmus ex Ioanne Lucenburgen  
 se natus patre, post Edoardum Anglum ac Guntherũ co=  
 mitem de Schuartzenburg designatos Cæsares, imperio  
 Præficitur, Qui adulescens literis & linguarum cognito=  
 ne instructissimus fuit: at patrio quàm Romano regno ma=  
 gis consulens. Pragam excoluit cum magnificentia operũ  
 tum literarum studio, interimq; imperij maiestatem ne=  
 glexit: cæterum postquam inauguratus fuisset à Cardina=  
 libus, solis minis poinificijs Italia decessit, cuius impuden=  
 tiæ animus Fridericorũ satis obfuisse, qui & in hoc &  
 consimili principe esset exoptandus: Regno itaq; cũ præ=  
 fuisset annis xxxij, obiit, Venceslao filio prius communi  
 consilio Cæsare declarato,



VENCESLAVS Caroli Quarti filius, patri auoq;  
per omnia dissimilis, quippe qui per ignauiam totum ne-  
glexit imperium, & nisi à Sigismundo fratre captus, in-  
dubie male cessissent omnia & quidem in detrimentū im-  
perij. Quare huic munus abrogatum in Rupertum Co-  
mitem Palatinū Rbeni translatum est anno imperij xxij,  
RUPERTVS igitur Bauariæ dux in locum defuncti  
suffectus à Florentinis contra Ioannem Galeatum accer-  
situr, cuius potentiam & fastum ducebant opprimendum  
cum quo ad Benacum congregiens in fugam uertitur, un-  
de ad Venetos & Tridentinos despectens humanissime ex-  
cipitur, Germaniam postea repetens paci & religioni stu-  
duit, annoq; imperij decimo uita fungitur, rem Florenti-  
norum in magno relinquens discrimine.





SIGISMUNDVS Caroli quarti filius, nobilitatis genere clarissimus, insigni pccritate & planè Imperatorie indolis, cui affuit liberalitas ac munificentia, quanta in nullo alio principum, pietatisq; augendæ studiū incredibile mutarum linguarum scientia, & in his latine lingue studiū excelluit, accusans sepe Germanos principes, qui latinas odissent literas, hic adhuc puer Mariam regis Hungariæ filiam in uxore unà cum regno accepit, Bohemiam a patre obtinuit, at cui tantæ suere dotes, male fortuna belli uoluit, ut qui sæpius a Turcis & Bohæmis profligaretur. proceres xxxij. Pannoniæ securi percussit, quod regie puellæ fuissent aduersati, hinc & ipse captus et uiduæ, cuius maritum interfecerat, traditus, maiestate oris & blanda oratione uix euasit. Trienio magnam Europæ partem pacis studio peragravit, quo schisma pontificum tolleret, reiectis tribus Episcopis Romanis. Et licet secundam duxisset uxorem, tamen sine uirili prole discessit, anno imperij xxij. & in Albia regali Hungariæ sepelitur.



ALBERTVS Austriae Dux, gener Sigismundi regis Bohemiae & Hungariae succedens, mox etiam imperium assecutus, cuius initio Moravos bello domuit, Sarmatas aut Polonos intra regni fines continuit. Bohemiae factiones penitus attriuit. Contra Turcas profectus, qui ad Danubij ripam Synderouiam castrum obsidebant, specopiarum frustratus Austriam repetijt, & apud longam villam dysenteriae morbo correptus decessit, adq; latius socii sepelitur, cum imperasset biennium, maxima quidem imperij calamitate, cum in hoc uno spes omnium haereret, qua nec fuissent decepti, si diutius per fata uiuere licuisset. Reliquit post se uxore Helisabetam filiam Sigismundi uero grauidam, quae Ladislaum peperit regem posthumum.





FRIDERICVS III. Austriæ dux, imperio tanta prudentia præfuit, ut quinquaginta tribus annis perpetuis, quibus rerum potiebatur, summa pax & otium fuerit, Seditiones quasdam Australes & leuiusculas facile sedauit, Bellum Pannonicum Matthiæ regis composuit, Maximilianum filium Cæsarem a Flandrensibus liberauit, Romæ a Nicolao pontifice unacum uxore Leonora Lusitanie regis filia, corona redimitur, Inde Neapolim ad salutandum Alphonsum coniugis necessarium diuertit, inq; Germaniã rediens, cum otio uinceretur, Post aliquot annos uoti reus Romam priuati more petit, quo damnatus in Austriam rediens tandem, moritur anno ætatis lxxix, Salu, M, cccxcij, Maximiliano filio Cæsare prius declarato,



MAXIMILIANO Friderici Tertij ex Léonora filio, patre adhuc uiuente regni sunt tradite habena, qui paulopost Burgundiam ingressus Mariam Caroli Ducis filiam unicam in coniugem unacum regno accepit, mox Matthia rege Pannonum defuncto, eius ditionem sibi uendicauit. Princeps hic magnus bello, desuetam militie Germaniam iterum armis assuefecit, pace tamen nihilominus præclarior, ore probo, statura quadrata, quæ imperatoriam præferbat maiestatem, uenationi adeo deditus, ut frigora et aestum iuxta poneret. linguarum peritia non omnino ignarus, maxime autem literarum patronus, dicens palam, Eos se amare quos natura alios ante stare uoluit: cuius prima extincta coniunx Galeatij ducis filiam



I M P . I M A .

superinduxit, princeps certe nulli priorum humanitate,  
clementia, prudentia, multarumq; rerum cognitione, ce=  
dens, nec secundis elatus rebus, nec animo  
aduersis infracto, Susq; deq; ferens  
omnia, qui cum rebus præsu=  
isset annis triginta tri=  
bus, mœrore oïm  
decessit eta=  
tis .lix.



PHILIPPVS Archidux Austriae Maximiliani & Ma-  
 riaë filius, Regi regnoq; Hispaniæ gener ascitus est  
 Cuius inter cæteras naturæ & uirtutis dotes  
 quibus omneis: suæ ætatis Regulos ex-  
 celluit, hoc unum satis est fe-  
 cisse, nobis præclara il-  
 la terrarum lu-  
 mina  
 CAROLVM &  
 FERDINANDVM  
 peperisse.





CAROLVS. V. Philippi filius, a quo per electionē pro-  
cerum adulescens succedit, anno Salutis M, D, XIX. huic  
quia adhuc in humanis est, nihil addendum existimo. Vñ  
omni dignū memoria est quod adnectā. Hoc uidelicet prin-  
cipe, fatalem illam rusticorum conspirationē esse exortā,  
anno Domini M. D. XXV. Res sanē maiorum monumēt-  
tis inaudita, nec posteris facile creditu, quo impetu, qua ce-  
leritate, per totam Germaniam uel tantillo tempore, tanta  
colluuiēs, fluminis instar, creuerit? ac nescio an citius cre-  
uisse, an repulsam quisquam dicere possit. Sed alium hęc  
locum desiderant. Faxit Deus Opt. Max ut spe nostra, q̃  
de hoc terrarum Domino concepimus, non frustremur,  
Præstabunt hoc pietas, innocentia uite & longinquitas,  
unice optamus.

I M P E, I M A.



FERDINANDVM Archiducem Austriae, Caroli  
V. fratrem germanum, haud iniuria in hunc imperato-  
rium depinximus libellum, magni enim quiddam de eo a-  
nimus praesagijt, Quod ut fiat, per

CHRISTVM in

omnium est

uotis.

★

N





LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
CHICAGO  
1891

# ADLECTO

REM.



Non est optime lector  
ut hic à nobis expe=  
ctes perpetuam qua=  
dam dictionis phra=  
sim, aut elaboratam  
sermonis elegantiam  
quod tamen argumē=  
tum tale exposulas=  
se uisum fuerit, sed  
hoc potius obserues,

a nobis perlectum quicquid Hystoricorum erat apud la=  
tinos, modo sit literis diuulgatum, quod Imperatorum res  
gestas sit amplexum, Et quemadmodum talium rerum  
scriptores, diuersis claruere ingenijs, utpote quidam co=  
piofi & elegantes, contra alij ieiuni & pene tota uenusta=  
te orationis denudati, Non est etiam quod mireris a nobis  
dictionem fuisse mutatam, utcunq; enim se obtulit hysto=  
ricus, ita occasionem emulationis dederunt. Præterea  
exoratos uelim omnes antiquitatum studiosos, ut si quæ  
penes se habeant nummismata ueterum, a nobis nec uisa  
nec imaginibus expressa (quibus relictam in libello uides  
sedem) communicent, conferantq; sua cum his nostris ef=  
figiatis, intelligent credo hos labores non omnino frustra  
nec absq; artificio susceptos. Sunt tamen nihilominus


N ij quedam



## AD LECTOREM

quædam etiam ubi diuersæ reperiuntur imagines una & eadem inscriptione, de quibus sic iudices uelim, ut habedatur discrimen inter iuuenilem & senilem ætates, utrumq; enim haberi potest, ac inter nostra numismata (quorum haud est parua copia) sepe harum ineptiarum studiosis ostendi. Porro & hoc animaduertendum duxi q̃ egregie hucusq; hallucinatum sit ab illis, qui ab Epistolis procerum esse uolunt, hi enim omnes maximam dignitatem regis Romani scribunt esse nomen. Cæsareum, quod ut falsum sit hystoriæ ueterum plane indicat. Nam CAESAR dicebatur qui hæres erat designatus Augustæ maiestatis, ut erant filij aut fratres, quibus tamen administratio penitus fuit interdicta, nisi demandatæ fuissent prouinciæ, IMPERATORIS uero dignitas infra Augusti maiestatem fuit posita, habebat tamen in magistratus & in milites summam potestatem. Quod ideo admonui, cum in numismatibus antiquis omnia illa dignitatum nomina inscribantur, sed sicut à nobis neglectæ literæ, ita uetus etiam illarum curæ fuit, Vale, & his ineptijs fruarè per otium, Subsunt adhuc aliæ, de Consulibus & Illustribus uiris, quæ fortassis magis erunt acceptæ.

\*



VVOLF GANGVS CAEPHALIVS  
ARGENTINAE SVO AERE  
ET IMPENSIS  
EXCVS=  
SIT.

ANNO SALVTIS  
M. D. XXV.





VOEBANDUS CATHOLICUS

ARGENTINAE SVO AERE

ET IMPENSIS

EXCVS-

SIT.

ANNO SALVTIS


M. D. XIX.







יְהוָה סֵלֶנִי מִדְּנִי וְקִרְנִי תִשְׁעֵנִי




Οὐκ ἔστιν ἀληθὲς τὸ ἄλγεός τε καὶ τὸ ἄλγεός τε

δ' Xosos ἰσολὸς ἔξουθενήενθ.

*Omnium longe fortissima Veritas.*







In te domine speravi non  
confundar in eternum

